añ Obtulerũt cantatur. Nã añ Lumẽ ad reuelationẽ ad vtrũqȝ cõpletoriũ. et ad diſtributionẽ candelaꝝ ſepius repetitur. ¶ Ad primã et ad vtrũqȝ cõpletoriũ dicitur collcã Deus qui ſalutis cum quotidiana. premiſſo vſu Accipiens ſymeon. ab hinc vſqȝ ad palmas cantatur ad introitũ eccleſie dñicis diebus añ Salue regina. cũ vſu Poſt partum. et collcã Concede nos. Cantatur aũt hoc tempe eadẽ miſſa de ſãcta maria que reliquo anni tempe. Sed poſt ſeptuageſimã ꝓ all'a tractus Diffuſa eſt. et offertoriũ Aue maria canitur. Poſt purificationẽ in maiori miſſa. ſcda collcã de ſãcto ſpiritu. tercia de ſancta maria. ſi tamẽ ex occupato a feſtis tempe. ſpecialeȝ poſſit habere collectã. ¶ Cathedra ſãcti petri quãdo in aliqua dñica poſt ſeptuageſimam euenerit. vſqȝ in ſecundã feriã differtur. habebitqȝ veſpas dñice. ¶ Feſtiuitas ſãcti mathie ſine vigilia celebrabitur. Quando itaqȝ biſextus occurrerit. feſtũ ſancti mathie die que vigiliã proxime ſequitur celebrabitur. Solet autem in biſextili anno in die ſãcti mathie lectio ſanctoꝝ in capl'o dimidia recitari. et dimidia ſequenti die reſeruari. ⁊ kalenda que eadem die occurrerit per duos dies recitari. et ſub vna kalenda gemina fieri ferie ſimul et lune computatio. In hoc feſto cãtatur communis cantus apoſtoloꝝ. ſed in tercio nocturno antiphone Ego vos elegi Manete Beati mundo corde cantari ſolẽt. ¶ Si aũt primo ſabbato quadrageſime euenerint. in ſecundis veſpis ſabbati. ſolã antiphonã habere ſolent. ſed alio quolibet ſabbato veſpas ſuas habebũt. Qꝫ ſi in capite ieiunij occurrerint. omnia vſqȝ ad euãgelij ꝓnunciationẽ obtinebũt. Nã euangelium de ieiunio ad matutinas pronunciãdum erit.

## ¶ De capite ieiunij Capl'm xxix.

Capite ieiunij vſqȝ poſt octauas paſche de nullo feſto in cõuentu miſſa cantatur. niſi feſtũ ſit nouẽ lectionũ. ſed tantum vna añ et collcã ad primas veſpas et matutinas. et ad maiorem miſſam recitatur. Celebratur aũt deinceps quotidie. exceptis dominicis vſqȝ ad cenã dñi. ſummo mane ante primã miſſa de ieiunio. Cui videlicet miſſe intererũt conuerſi et ſcriptores ſi volunt. cũ hijs qui maiori miſſe propter occupationes ſuas intereſſe non poſſunt. Qui vero miſſã celebraturus eſt. ad laudes cum miniſtro ſuo exeat dormitũ. Et notandũ ꝙ hanc miſſã celebrabit ſacerdos. cui a priore iniunctũ fuerit. Hec aũt miſſa ante primã etiã in feſto nouẽ lectionũ non celebri nõ dimittetur. Ante miſſã vero ſacerdos partem cineris in vaſe ſumens benedicat. et capitibus cõuerſorũ ſiue populi ſi affuerit vel ante miſſam vel poſt imponat. Qꝫ autem pro conſuetudine

habēt plurimi.hac die fratrib; pſalteria imponere. fieri nō ſolet.ſed quiſquis quantū valet orationib; et pſalmis inuigilet.Sed nec libri in capitulo diſtribuūtur. quia vix alicui ſufficiens videbatur quod ſibi dabatur. Hijs adhuc quatuor diebus de horis chori ſiue de hora laboris nichil mutari ſolet. ¶ Cum autem ſexta cantata fuerit. exeant fratres exceptis miniſtris altaris et diſcalcient ſe. pulſatoq; ſigno ad chorꝝ citius reuertātur. Interim vero ſacriſte ante gradus preſbiterij tapecia ſternāt.vbi abbas medius inter dyaconū et ſubdyaconum ad ſeptem pſalmos proſternatur. ceteris miniſtris ſuper formas procūbentibus. Dictis itaq; ſeptem pſalmis ſine letania.ſequuntur collecte ſicut in miſſali continētur. quas abbas proſtratus dicat. Poſtea ſubiungat Miſeraetur veſtri et Indulgentiam. Alij vero interim flexis genibus ſuper formas procumbētes ſint. Poſt hoc prelatus ſurgens benedicat cineres premittens Adiutorium noſtrū Dominꝰ vobiſcū. collecta Deus qui nō mortem.nichil adiciens niſi ꝙ cineres aqua benedicta aſpargat.Quos poſtꝙ aſparſerit incipitur a cantore aū Exaudi.cū pſalmo et Gloria patri et antiphō repetitur.et omnibus ab ebdomadario aſparſis ſtatim incipitur aū Immutemur.et primus abbas genibus flexis eo modo quo ⁊ ceteri.a priore ſiue a cantore ſacerdote ſacros recipiat cineres. Deinde ſtans ſuper gradus preſbiterij et vſus ad chorū. ſuper ſingulorū capita cineres mittat.incipiens a miniſtris altaris. oībus flectētibus genua in terrā.et ꝙ diu dantur cineres cantētur antiphone Immutemur.et Iuxta veſtibulū.et Propicius.et ℞m Emendemus ſi neceſſe fuerit cū alijs huic tpi ꝯgruentibus.Cūq; oēs per impoſitione; cinerū ſue corruptionis memores eſſe moniti fuerint.tunc lotis manib; abbas ibidem ante gradus preſbiterij dicat Dñs vobiſcū Oremus Concede nobis. Tunc accolitus alba indutus ſumēs crucē.et ſubdyaconus textum cū eo qui cū aqua benedicta precedit.miſtriſq; ad gradus preſbiterij ſine reliquijs ſtantib;.duo frēs Letaniā ante gradus incipiant.noīataq; ſancta maria vel pīono eccleſie cum proceſſione exitur.Induitur in ꝓceſſione abbas cappa ſolenni.et ceteri miniſtri in albis et calciati ſint. Conuentus vero diſcalciatus niſi ꝑ nimio frigore.In hac ꝓceſſione nulla fit ſtatio.ſed omi mora poſtpoſita chorū ingredimur. ſicq; verſis vultibus ad orientē manemꝰ. donec letania cōpleatur. Accolitus vero poſtꝙ ꝓceſſio chorum intrauerit. crucem in locum ſuū reponat. et abbas cum ſuis miniſtris ad veſtiarium tendat.Cūq; letania per kyrieleyſon finita fuerit officium Miſerreis omniū incipiatur. ¶ Si aliqd̄ feſtū nouē lectionū

in hoc capite ieiunij euenerit. vtrumqꝫ ſeruicium vel officiū plenarie fiat. Matutine et relique hore de feſto cantabūtur. ſed omelia ieiunij ad matutinas ꝓnunciabitur. et poſt primā collectā aň Cum ieiunatis. vſus Fiat miſcďia. et collecta de ieiunio dicetur. Miſſa vero de feſto poſt terciā ſolēniter celebrabitur. Quā videlicet miſſā celebrabit cū ſuis miniſtris maioris miſſe ebdomadarius. Sed poſt primaꝫ ſolito more cātatis ſeptem pſalmis flexis genibus. cineres benedicentur. et facta ꝓceſſione. miſſa cum genuflexione etiā in ſecreta celebrabitur. Ab hinc quotidie in maiori miſſa. ſecūda collcā de ſpiritu ſancto tercia ꝓ prelatis. quarta Exaudi. Sed ſabbato quādo de ſancta maria nō canitur. ſcďa collcā de ipſa erit. et de ſancto ſpū omittetur.

¶ Hac feria quarta tractus Dñe non ſcďm cantari incipitur. et deinceps omni feria ſcďa quarta et ſexta. omni exceptione remota vſqꝫ in cenam dñi cantatur. et in vſu Adiuua nos. conuentus vſus altare inclinet. Et vſqꝫ ad cenam dñi quotidie niſi feſtum nouē lectionū impedierit. vigilie cum nouē lectionibꝫ. hijs quidem tribus diebus ante veſpas. Infra quadrageſimā ante collationē cantātur. Sed ⁊ ſeptē pſalmi penitentiales cum letania et collectis quotidianis poſt capitulū dicentur. Ab hac etiā die vſqꝫ poſt octauas paſche miſſa ſancte marie in conuētu nō celebratur. Sola etiā collecta quotidie ad oēs horas et veſpas id eſt prima de officio quadrageſimali dicetur. quāuis multoꝝ ꝯſuetudo ſit. vt nouiſſima que ſuꝑ populū tecitatur quotidie ad veſperas dicatur.

¶ De dñica prima in quadrageſima Caplm xxx.

Dominica prima quadrageſime capl'a ⁊ ymni ⁊ reliqui vſus cantādi immutātur. Et vſiculi de pſalmo Qui habitat vſqꝫ in paſſionē dñi ad oēs horas diei vel noctis frequentantur. Itaqꝫ a primis veſpis huius dñice vſqꝫ in ſcďaꝫ feriaꝫ poſt feſtū ſcte trinitatis. ſolita ſctoꝝ ſuffrª ad horas btē marie intermittūtur. ⁊ hoc primo ſabbato mandatū fieri non ſolet. reliquis vero ſabbatis quadrageſime fieri debet. In ꝓceſſionibꝫ vero quid cantari debeat vſqꝫ in palmis. ſatis ex antiphonario docemur. Hac prima dñica quadrageſime tm̄ crux diſcooperta ante ꝓceſſionem defertur. deinceps vero ad infirmos et ad ſepulchrū inuoluta portat̄. Tractus Qui habitat a choro per vſus viciſſim cātatur. ſicut oēs tractus. In ſcďa feria et deinceps. niſi feſtū nouē lectionū impedierit poſt primā collcām ad matutinas cātatur aň Conuertimini ꝓ penitētibꝫ. cū vſu Cōuerte nos et coll' Parce dñe. Ad vſ̄ aň Viuo ego vſus Peccauimus. collecta Exaudi q̄s dñe. Ab hinc vſqꝫ i quintā feriā in cena dñi niſi ſit dñica

vel feſtū nouē lcionū. ſtatim poſt capl'm intratur in eccl'iā; ꝛ pſtrato ꝯuentu ſup formas. et dicto Pater noſter ad nutū prioris cantātur ſeptē pſalmi cū letania. Deinde ſequit̄ tercia. poſt terciā vero exitur ad laborē vſqȝ ad ſextā. Qua cantata vacatur lcioni vſqȝ ad nonā. ❡ In feſto nouē lectionū ad primas vs̄ dimouetur velū ſāctuarij. et qđ inter chor ꝛ populū forenſem pēdet vſqȝ in craſtinū poſt cōpletoriū. ꝛ poſt primam miſſa de ieiunio canitur in ꝯuentu. miſſa vero feſti poſt terciā. Et quotidie etiā in feſtis ix lcionū poſt vs̄ ꝯuentus reficitur. Poſtea vero lector ꝛ miniſtri. ceteri cōmedant in ꝯuentu. Pueri vero qui bis reficiūtur poſt terciā vel infra. ſcđm quod eis a priore diſponitur cōmedāt ꝛ poſtea in ꝯuentu. Collcā dn̄icalis a capite ieiunij priuatis dieb; omittitur ❡ In hac p̄ma ebđa quadrageſime ſp celebrat̄ ieiuniū quatuor tp̄m. In qr̄ta feria an̄ vtrāqȝ orōnē dicitur Orem⁹ Flectamus genua. ſed ad ſcđa; tm̄ ſalutatio p̄mittit̄. Sabbato vero oēs collcē cū genuflexione preter illā poſt ymnū recitātur. ꝛ ideo genua nō flectim⁹ ad eandē. q2 principes babilonie an̄ ſtatuā nabugodonoſor genua flexerūt. ſicut in libris autenticis reperitur. ſed ſalutationē premittimus. De cātu in miſſa et lcionib; ſicut in libris reperitur ſic fiat. de obſeruationib; ſicut in hyemali ieiunio ſcribitur agendū ē. ❡ Sabbato vero ante ſcđa; dn̄icā quadrageſime mandatū fieri ſolet. ꝛ deinceps om̄i ſabbato vſqȝ in ſabbatū ante palmas. exceptis ſabbatis ix lectionū. ꝛ qn̄ duplex feſtū ſubſequitur. Itaqȝ ebđarij ſacerdotes. ſi cū ſuis miſtris ꝓ fratrū multitudine miniſteriū mandati ꝑagere minime ſufficiūt. ſabbato incipiētis ebđe in capl'o ꝓnunciētur. qui ad hoc peragendū ſufficiāt. Vicina ſiquidem hora cōpletorij a cuſtode pulſet̄ ſignū. vt qui foris ſunt ad mandatū veniant. Surgētes itaqȝ frēs de locis ſuis. nā eatenus ſederūt in conuentu cū ſilentio vacātes lcioni intrent capl'm. expectātes donec veniant vel introeant qui mandatū facturi ſunt. Quib; ingreſſis cū miniſtris id ē dyaconibus lintheo precinctis. et ſubdyaconib; cū aqua peluib; immiſſa. dicat ebđarius maioris miſſe Confiteor. premittēs v̄ſum Confitemini. Confeſſione finita. ſequitur v̄ſus Oſtēde nobis dn̄e. et Dn̄s vobiſcū. et coll' Actiones. Qua dicta incipiat cātor an̄s ad hoc inſtitutas. miſtris flexo genu aſtantib; dextra ſiniſtraqȝ ſacerdotū. ita vt ſubdyaconus peluim cū aqua precedēs deferat. ꝛ preſbiter pedes lauet. et capillis detergat. deinde oſculet̄. poſtea dyaconus lintheo p̄cinctus tergat ſed nō oſculet̄ ❡ Et notandū ꝙ ſuppellicijs induuntur ſacerdotes. qui in iſto mandato miniſtrant. poſtꝙ̄ vero cōpleuerint. reſumentes veſtes ſuas ad alios cū matura feſtinatione

reuertātur. Terminato aūt cantu. collcā in cōpletione mādati a pre dicto ſacerdote dicatur. Qua finita pulſet cymbalū a priore. et ordi nate tam clerici q̄ layci egrediētes. ſinguli ſuū refectoriū ingrediant ad bibendū. ⁊ poſtq̄ biberit layci vadāt ad eccl'iā cū ſilētio. Et cle ricis in capl'm regreſſis. ſolito more legat lcio. poſtea eant ad cōple toriū. Et nōndū q̄ quotiēs ad mādatū ꝯfeſſio dicit. ad cōpletoriū re ticet

¶ De dn̄ica ſcd̄a ⁊ feſtis ſcōꝝ eo tp̄e occurrētib₃ Ca^m xxxi

Dn̄ica ſcd̄a quadrageſime de p̄cedenti feria q̄rta inofficia tur. Itaq₃ in miſſa huius dn̄ice loco gradualis tractus q̄rte ferie p̄cedentis cū tribus v̄ſib₃ ponitur. et ſcd̄us tractus cani tur Cōfitemini. Cātatur etiā iſte tractus primus a duob₃ fratribus more gradualis. ſed primū v̄ſum tantū incipiētes. ſequētes duos ex integro cātent vſq₃ ad nouiſſimā dictionē ¶ Quādo feſtū ſanctaꝝ perpetue et felicitatis. in quadrageſima euenerit. ſolā añ₃ cum verſu Gl'oſus deus. et collectā habebit. Nam ante quadrageſimā ſi occur rerit. poterit tres lectiones habere. Cantatur aūt de eis ſicut de pluri bus v̄ginibus ¶ De beato gregorio nouē lectiones fiunt ¶ Tran ſitus autē beati bn̄dicti abbatis cū nouē lectionib₃ ex p̄cepto eugenij pape agitur. ſi ante palmas occurrerit. nam poſtea nichil inde recoli tur. De tranſlatione vero eius per eſtatem. nulla fit mencio

¶ De annunciatione dn̄ica. et dn̄ica paſſionis dn̄i Ca^m xxxij.

Nnūciatio dn̄i quacūq₃ dn̄ica vſq₃ ad dn̄icā paſſionis euene rit. ex integro nocturnale ac diurnale officium obtinebit. Si vero in dn̄ica paſſiōis occurrerit. in ſcd̄a₃ feriā differtur. Si in ſabbato palmarū. veſp̄e erūt de ſequēti dn̄ica. Quibus finitis. ſe= quūtur veſp̄e de annūciatione cū R̄º. ⁊ quinq₃ añis ſup p̄s plenarie. feſtinātius tamē q̄ canonice veſp̄e. In capl'o itaq₃ pronunciata dn̄i annūciatione. tm̄ manib₃ et genibus in terrā fixis. veniā accipimus. In miſſa huius annunciationis nulla fit meōria de ieiunio. ſed miſſa ieiunij memoriā recipit feſti. Maior miſſa poſt terciā ſolā collectā. miſſa vero ieiunij poſt primam quinq₃ collcās recipit. primā de offi= cio. ſcd̄a₃ de feſto. terciā de ſp̄ū ſcto. q̄rtam Exaudi q̄s. quintā Pro= piciare. In p̄ceſſiōe ſi dn̄ica fuerit canitur R̄m Criſti v̄go. et ad in= troitū eccl'e añ Salue regina v̄ Aue maria. coll' De⁹ qui de bt̄e. Ad vtrūq₃ cōpletoriū ⁊ ad primā. coll' Deus qui de bt̄e cū quotidianis. p̄miſſo v̄ſu Aue maria ¶ Synodaliter aūt inſtitutū ē. vt quacūq₃ die poſt ſabbatū palmarū euenerit. in ipſo ſabbato anticipetur. ſed non niſi ab interiori ꝯuentu canonicoꝝ celebrat. Quādo aūt preuenitur kl'a que in ipſa annūciatione occurrerit nō p̄nunciatur. ſed kl'a illius

ferie.in qua feſtū anticipatur. Sed cum ventū fuerit ad illā kl'am an nūciationis recitatur pnunciatio annūciationis. ⁊ poſtea qd de ſctis ſequitur pnūciat. Quādo aūt hec annūciatio in ſcdaȝ feriā poſt octa uas paſche differtur. ſcda veſpa octaue reſurrectionis cedit feſto. ha bita meōria poſtea de octauis. et vtrūqȝ cōpletoriū cū aūis Cū iocū ditate. ⁊ Aue regina et collectis ſupra meōratis cātabitur. Ad miſſā prefatio Quia per incarnati. ⁊ ℞a Ueni ad liberandū nos allelu iatica et capl'a ſicut in aduētu dn̄i ſup horas cātabūtur. et poſt ſingu la ℞a et aūs all'a ꝯgruentia ſubiūgantur. Et primū all'a Uirga yeſ ſe. ſcdm Surrexit dn̄s et occurrēs. ⁊ ſequētia in maiori miſſa Salue porta cantabitur. Et erit vtraqȝ miſſa de annūciatione. prima cū tri bus collectis. maior cū ſola collcā. Si autē et in ipſa feria ſcda feſtū celebre occurrerit. reſeruabitur annūciatio vſqȝ in terciā feriā. Quo tiēs hec feſtiuitas a die paſche et deinceps occurrerit. hoc modo fiet

¶ In dn̄ica aūt paſſionis capl'a. ymni. ⁊ vſiculi mutātur. et Gloria patri poſt ℞a et poſt officiū intermittitur. Et ad ymnū O crux aue ſpes vnica ſubiūgitur Hoc paſſionis tpe. Nec tamē in horis btē ma rie Gl'a pr̄i intermittitur. ſicut et in miſſa ſua. et in feſto ſuo nō inter mittitur. Ponitur aūt vſqȝ ad palmas ad legēdū iheremias pphetā. qm̄ ipſe redēptoris nr̄i paſſionē aperta lamentatione predicauit. De repetione inuitatorij hoc tpe fiet ſicut ſcriptū eſt in feſto innocētum. Per ferias vſqȝ ad dn̄icam palmarū dicūtur ſuffragia ſicut in anti phonario ſcribūtur. ℞m vero Iſti ſunt dies. per ebdaȝ nō cantat. et in pceſſione cantatur ℞m Circūdederūt me. Vt aūt multis placet in feria ſexta huius ebdomade. feſta que in ebdōda palmarū occurrunt preuenire. omnino nō fit. niſi de annunciatione tantū.

¶ De dn̄ica in ramis palmaꝝ ⁊ trib; dieb; ſequētib; Cam xxxiij.

[I]N dn̄ica palmaꝝ in primo nocturno legitur pphetia vt ſupe riori dn̄ica. In ſcdo noctno ſermo de pſalmo Deus ds meus reſpice in me. Ad vtrāqȝ miſſā vna tantū collcā dicenda ē. ⁊ hac die tantū ante paſſionē premittitur Dn̄s vobiſcū. ſed Gl'a tibi dn̄e non ſubiungitur. ¶ Poſt terciā ebdarius preſbiter ſolito more aquam bn̄dictā aſpergat. et collcāȝ vſitatā Ora qūs dicat. Qua finita ab bate ſacerdotalib; indumētis. ⁊ deſup cappa ſolēni. dyacono dalma tica. et ſubdyacono tunica indutis. alijſqȝ miſtris cū duob; cereis et thuribulo ⁊ cruce in albis aſtantib;. Cātorib; nichilominꝰ in cappis feſtiuis aſtantib;. ℞o Circūdederūt me incepto. exeat pceſſio. bini et bini. ⁊ cantores. iunior inter iuniores. maior inter maiores pcedant. At vbi ad locū ſtationis venerint. ibi fiat floꝝ bn̄dictio hoc ordine.

Finito R° Circũdederunt.et alijs ꝓut ꝓlixitas vie dictauerit.ſingulis
ꝗ in ordine ſuo ↄſiſtentibus.dyaconus bñdictionẽ accipiẽs.et ſalu
tationẽ ꝑmittẽs.legat euanᵐ Cũ appropiquaſſet.Quo finito.ſequi=
tur bñdictio florũ.in qua due collcẽ tm̃ dicũtur.prima Deus cuiꝰ fi=
lius.ſcda Deus qui filiũ tuum.Hijs itaqꝫ dictis orōnibus aſꝑgentur
aqua et thurificant.et diſtribuũtur.Cantaturqꝫ añ Pueri hebreorũ
cũ pſalmo Laudate pueri ſolo vſu.Deinde alia añ Pueri hebreorũ
veſtimẽta.ſine aliquo pſalmo.ſequit vᷣ Bñdictꝰ q̃ venit.coll' Oṗs
ſempiterne ds qui dñm nr̃m ¶ Finita itaqꝫ collcã reuertitur ꝓceſſio
eo ordine quo venit.et cantant añe Cũ appropinquaret Cũ audiſſet
Ante quinqꝫ dies Occurrũt turbe Ceperũt oẽs.Cũ igitur in atrium
ante fores tẽpli ventũ fuerit.ibidem fiet ſtatio.et ſtatim ad nutũ can
toris ingrediant frẽs.qui Gl'a laus cãtare debẽt.Et poſtq̃ totũ vſũ
ꝓcantauerint eundẽ vſum.id eſt Gl'a laus chorus reincipiens ꝓcan
tet.et poſt vſum Iſrl'.a medio id eſt Cui puerile decus reincipiendũ
eſt.Et poſt vltimũ vſum.finita repetitione Cui puerile.reincipitur a
fratribꝫ ꝑdictis tribus Gl'a laus. Hijs ergo omibus pactis incipiat
abbas añ Aue rex nr̃.Qua icepta crux diſcooꝑiatur.et tercio flexis
genibus adoret.ſicqꝫ adorãtes eandẽ añ vſis vultibus ad alterutrũ
ꝓcantent.Sequitur orō ſine vſiculo et ſine Dñs vobiſcũ. Oremus
Oṗs ſẽpiterne ds qui vitã ¶ Poſtea ſermo fieri poteſt.Quo fini
to abbas incipiat Rᵐ Ingrediẽte ⁊ intrent eccl'iaꝫ.Sequitur in ſta
tione añ Collegerũt.Deinde vſus a duobꝫ fratribꝫ vel tribus cãtan
dus ſcꝫ Unus aũt.poſt quẽ incepta repetitione choꝝ ingrediãtur.⁊
dicatur orō ſine vſu Oremus Adiuua dñe. Poſt ꝓceſſionẽ cãtores
cappis et ſuppellicijs exuãtur. Et miſtri dalmaticis ⁊ tunicis exuti.
planetis ad miſſã induãtur. Si autẽ impediente aliqua tempeſtatis
aura ꝓceſſio nō poſſit egredi.florũ bñdictio fiat in eccl'ia. et ſecundũ
ſitum loci ꝓceſſio ſequatur.cũ collcis et antiphonis quas cõmemo=
rauimus ¶ Feria aũt ſcda et deinceps vſqꝫ in cenã dñi ad matutias
legẽtur ſermones patrũ.Suffragia aũt ad matutinas et ad vs̃ nulla
hac ebdomada dicuntur.Miſſa matutinalis ꝓ defunctis ſolito more
cãtatur. In maiori miſſa hac die ⁊ duobus ſequẽtibus dicatur ſola
coll' de die. Feria tercia et q̃rta incipitur paſſio dñi ſine ſalutatione.
Et ſciẽdũ ꝙ quãdo ad paſſiõnẽ nō reſpõdet Gl'a tibi dñe.nō ſe mu
niunt frẽs ſigno crucis.Singulas paſſiones huius ſeptimane cantor
ſingulis fratribus iniũgat.quos ad hoc ydoneos eſſe ꝓſpexerit.Euã
geliũ tantũ ſcde ferie ebdomadarius dyaconꝰ ꝓcuret. ¶ Feria q̃rta
ante cenam dñi fiat media cõmendatio aiaꝝ omniũ fideliũ defũctorũ

ante matutinalē miſſā in ꝯuentu. ⁊ precedēti die in caplo ꝓnūciātur oēs obitus ſequētis ebdē. In maiori miſſa poſt tractū Dñe exaudi. cantat̃ tractus Dñe non ſcdm. Infra paſſionē vero cū legitur Velū templi ſciſſum eſt. velū qd inter choꝝ pendet ⁊ altare cadere ꝑmittit̃. Sed ſcdm qd forēſem populū ⁊ choꝝ diuidit. poſt miſſā ante vſ͂ deponitur. nō tamē illud qd eſt ante crucē. vſqꝫ in paraſceue cū incipitur añ Ecce lignū. Ad vſ͂ pulſant̃ ſigna cāpanarū. ſed genua non flectuntur neqꝫ preces dicuntur. et ℟m a duobꝫ cantat̃. qꝛ feſtiuitas ē. coll' Pña qſ͂s. ¶ Ab hinc vſqꝫ in ſcdaꝫ feriam poſt octauas paſche nō dicūtur hore ſcte marie. nec vigilie. nec pſ͂ Deus miſereatur. Cōpletoriū cantatur vtſ͂ alijs diebꝫ. ſed ſine genuflexione. ⁊ ſine pſalmo Miſerere. et pulſatur vſqꝫ ad vſ͂ ſequētis diei. ſi tamē pulſatur in vicinis eccleſijs.

¶ De feria quinta in cena dñi Cam xxxiiij.

Eria quīta in cena dñi accēduntur vigintiquatuor lūinaria. et extinguntur ſingula per ſingulos pſalmos ⁊ lcōnes. ita vt vltimū quādo bñdictus incipitur extinguat̃. Deus in adiutoriū non dicitur. nec Glā pri. nec inuitatoriū. nec ymni. nec capla. ſed finita ořone. ſtatim incipitur añ Zelus domus tue. Pr̃ noſter totum ſub ſilentio ante lcōnē dicitur. Prime tres lcōnes de lamētationibꝫ iheremie ꝓphete erunt. Nō aūt legitur ille v̇ſus in principio Et factū eſt. ſed incipitur Aleph Quō ſedet ſola ciuitas plena populo. ⁊ poſt ſingulas haꝝ triū lcōnū dicitur cātando. ſicut et ille tres lcōnes cantantur Ihrlm ihrlm. In ſcdo nocturno tres lectiones legētur de ſancto auguſtino ſup pſalmū Exaudi ds ořonē meā. et de ipſa lectione lector finē faciat. Tres vltime lectiones erūt de aplo ad corinthios. Prima vbi ait Cōuenientibꝫ. ſcda Itaqꝫ quicūqꝫ mādu cauerit. tercia De ſpūalibus. Poſt nonū ℟m ſtatim incipiatur añ Iuſtificeris in laudibꝫ. ¶ Finita añ poſt bñdictus duo frēs ſtantes in ſāctuario ex parte aquilonis incipiāt kyriel'. ſacerdotes vero duo ſtantes ante gradū dicant v̇ſum Qui paſſurus. et duo dyaconi extra choꝝ retro abbatē cantent Dñe miſerere. chorus Criſtus dñs. Item duo primi dicāt ſemel xpeleyſon. Et illi qui ſupra v̇ſum Qui ꝓphetice. Alij v̇ſū Dñe miſerere. chorus Criſtus dñs. Item duo p̄mi kyriel'. ſemel tm̄. et illi qui ſupra v̇ſum Qui expanſis. Dñe miſerere. Criſtus dñs qui ſupra. prelatus Mortē aūt crucis ſubiūgat. Hec oīa ſiliter fiant duabus noctibꝫ q̄ ſequūtur. Hic tantū ad matutinas genua flectūtur. ſed nō dicitur kyriel'. nec preces publice. ſed tres vl' quatuor ſingillatim cōpleant matutinas cum Pr̃ nr̃ ⁊ coll' Reſpice. ſine Dñs vobiſcū. ⁊ ſine Bñdicamus. Hijs aūt finitis ad nutū p̄lati lucerna ꝓducatur.

et accenſis laternis conuētus dormitorium pauſare intrabit. ¶ In die vero ad oēs horas non flectūtur genua nec preces dicuntur. nec Miſerere. nec Dñs vobiſcū. Ad primā oēs pſalmi alta voce cātantur. ſine Gl'a patri. Tenēda eſt aūt melodia ad primā et ad oēs horas ſup pš. que reſponſoriis ſequētibus ſcdm differētias tonorꝝ ꝯueniat. Finitis pſalmis ſine añ ⁊ ſine caplo cātatur cōmuniter ℟m In monte oliueti cū vſu ſuo. ⁊ poſt vſum ℟m repetitur. Deinde ſine kyrieleyſon Pr̃ noſter Uiuet aīa Credo in deū. ⁊ p̃ces mediocri voce dicentur. ab ebdario ſacerdote. In caplo kl'e et lciones ſexte ferie et ſabbati ſine Jube dñe ꝓnunciātur. et ſine Tu aūt terminātur. Non dicitur vſus Precioſa. neqꝫ coll' Sācta maria. neqꝫ Deus in adiutoriū. ſed ſtatim poſt kalendariū dicitur kyriel' Pr̃ noſter Et ne nos. Reſpice dñe Et ſit ſplendor coll' Dirigere. Poſtea recitatur tabula tam de ſexta feria q̄ de ſabbato. qꝛ ſexta feria caplm nō tenetur. Deinde qui preeſt caplo dicat Bñdicite. et tractatis ibidē que tractāda ſunt. dicat Adiutoriū. ſed añ Salue regina cū collecta ſua reticetur. ¶ Hiis tribus diebus nō cantatur miſſa ꝓ defunctis. etiā ſi preſens ſit corpus. ſed vigilie ſine nota cantant̄. ⁊ facta cōmendatione ſepelitur. Sed ſtatim poſt octauas paſche miſſa ꝓ eo et vigilie plenarie ſine cōmendatione fient. Si autē ipſa die paſche ꝯtingat vt quis ſepeliri debeat. cātatur ꝓ eo miſſa reſurrectionis. ⁊ ſcda coll' ꝓ defuncto dicetur. Cetera oīa erūt que ad miſſā attinēt reſurrectionis. Si autē extra abbatiam frater aut ſoror a feria quinta et deinceps vſqꝫ poſt octauas paſche moriatur. in abbatia cōmendatio ꝓ defuncto fieri ſolet. Cetera oīa vſqꝫ poſt paſcha differūtur. ¶ Hac die poſt nonam ſicut in capite ieiunij dictū eſt. ꝓſtratis omībus dicuntur ſeptē pſalmi. ſine Gl'a patri. et ſine letania. Sequitur kyrieleyſon Pr̃ noſter. cū collcis que in miſſali ꝯtinentur. et poſt collcās ſubiūgatur Miſereatur et Indulgentiā. Cantores aūt hac die et ſequēti in ſuperpellicijs chorū regant. Ad matutinas autē cantor ebdomadarius. qui et primam antiphonā in ſuo choro imponat. Graduale autē a duobus fratribꝫ et in ſuppellicijs cātetur. ſed miniſtri planetis induātur. niſi vbi epūs preſens fuerit. et miſſā celebrauerit. De cetero qd ad miſſam attinet obſeruātia ſilis feſto nouē lcionū p oīa obſeruetur. Celebretur aūt miſſa poſt ſeptē pſalmos ſolēniter abſqꝫ genuū flexiōe cū ſola collcā. Dyaconus vero tot hoſtias conſecrādas apponat. vt et ipſa die fratribus omībꝫ ſacra cōmunio ſufficiat. ⁊ ad opus ſequētis diei pars ſacre coīonis reſeruari poſſit. ⁊ poſt Agnus dei corpus dñi de vaſculo ſupra altare pendente ſumatur. et ſumēdum alicui detur.

Hijs enī tribus diebꝫ ſacerdotes ⁊ ceteri canonici. qui voluerint ⁊ li
centiā habuerint cōmunicēt. pꝛefatio Qui ſalutē. et Agnus dei cāta
bitur. ſed oſculū non dabitur. neqꝫ in paraſceue. neqꝫ in ſabbato ſcto
¶ Finito Agnus dei ſtatim̄ incipitur cōmunio Dn̄s ihūs. ⁊ interim
abbas eucariſtiā percipiat. Qua ꝑcepta dyacono et ſubdyacono cō
muīcatis. abbas calicē ambabꝫ manibꝫ de altari leuet. incipiēs ſolen
ni voce cantādo añ Calicē. quā choꝛus ex integro ante inceptionē
ſpalmi ꝑcantet. et poſtea ſequuntur veſꝑe ſicut antiphonariū docet.
Interim̄ abbas participato cū miniſtris altaris ſanguine dn̄i. alios
ſecum cōmunicet ¶ Et notandū ꝙ quotiēs quis cōmunicat lrātus
et oꝛdinatus canonicus. alba ſimul et ſtola iuxta oꝛdinē ſuū induet.
ſed nō oꝛdinat⁹ ſuꝑpellicio tantū. Finita itaqꝫ cōmunione. abbas ſu=
mat eucariſtiā in craſtinū reſeruandā. et in vaſculo ante notato ho=
noꝛifice recondat. ſeoꝛſum in pulchꝛo et honeſto ſcrinio. vbi lucer
na deinceps ardeat accenſa vſqꝫ in diem ſequentē dū reſumatur. Fi=
nita ergo añ poſt magnificat. abbas cū miſtris ſuis ad altare. veſꝑis
ꝑcantatis. cōuerſus ad populū dicat Dn̄s vobiſcū. ſequitur coll' Re
fecti vitalibus. et dyaconus Bn̄dicamus ſubiūgat. ¶ Hijs ita rite
peractis fratribꝫ ī choꝛo expectātibꝫ. ſtatim altaria ab abbate ⁊ a ſa=
cerdotibus lauētur. et cantetur ℞m Circūdederūt me. ⁊ ℞m Criſti
ꝟgo. cū ꝟſu Poſt partū ⁊ coll' Famuloꝝ. Ad ſingula altaria lauāda
cātent' ℞a ſctōꝝ ī quoꝝ honoꝛe ꝯſecrata ſūt. cū ꝟſibꝫ ⁊ collcis vnde
℞a ꝑcantata ſunt. et inde ſint altaria nuda vſqꝫ in vigiliam paſche
poſt ſextā. ¶ Et ſciendū ꝙ hac die et duobus ſequentibus. nulli li=
cet ſacerdotū miſſas pꝛiuatas celebꝛare. Poſt ſextā hoꝛā poꝛtarius
tot pauperes eligat. quot ſunt canonici in monaſterio. Quos poſtꝙ
ſuſcepti fuerint vt mos eſt a ceteris ſequeſtratos. in vna parte mane
re faciat. donec ad mandatū ducātur. et interim dum miſſa cātatur.
cōuerſus laycus adiutoꝛ canonici hoſpitalis. et ceteri fratres quibus
pꝛioꝛ intimauerit. ducant pauperes vbi pꝛioꝛ iuſſerit. ibiqꝫ eos ſede=
re faciant. et diſcalciari. pedeſqꝫ eoꝛū ſi opus fuerit pꝛius lauari. vaſa
et lintheamina ſeu terſoꝛia ad mandatū neceſſaria. aquā qꝫ calidam
illuc deferant. et omnia oꝛdinata diſponant. Que vaſa et cetera ne=
ceſſaria veſtiarius cū ſolatio ſuo ꝓuideat. Et ſciendū ꝙ ad hoc man
datū nulla femina eligi poteſt. Finita tandē miſſa. ⁊ miſterio circa al
taria expleto. eant frēs ad mandatū. eo modo et oꝛdine quo ad labo
rem. Poꝛro aliqui ꝯuerſi ad hoc vocati. vt illius ſcti mādati coope
ratoꝛes exiſtant. aquā ⁊ terſoꝛia canonicis mandatū facientibꝫ. cōpe
tēter ⁊ diligēter admiſtrēt ¶ Itaqꝫ ſingulis ſtātibꝫ oꝛdine quo ſolēt

in choro ſtare ante pauperē ſuū.incipiatur añ Mādatū nouū.Qua incepta lauare incipiāt.tergāt et oſculent̄.Alij aūt añe magis vſitate hic ſolent ſubmiſſa voce cātari. Poſt lotionē vero pedū.quiſq; ſui paupis manib; aquā infundat.Quo expleto ſingulis paupib; ſinguli nūmi dent̄.⁊ prebēda panis pulmēti et potus.vt vel ibi cōmedant vel ſecū deferāt. Et qui denarios porrexerit.manus paupm oſculentur.Abbas aūt alios paupes quotquot voluerit ſeorſū habeat.eiſq; mandatū faciat.⁊ quot voluerit impēdat.Ceteris vero paupib; fiat ſcdm diſcretionē abbatis.vel prioris benigne qd fieri poterit.Finito itaq; mādato dicant̄ v̄ſ Oſtende nobis Tu lauiſti Dñe exaudi Dñs vobiſcū.coll' Actiones nrās.et hanc collcā; et p̄ces dicat ebdarius ſacerdos.Et ad iſtud mandatū frēs calciati erūt ⁋ Eodē die et paraſceue ꝯuentus refectoriū ingreſſus.incipiet v̄ſum Edent paupes ſine Gl'a.et ſine kyriel'.et dicatur Pr̄ noſter.quo ſub ſilentio finito. ſacerdos ebdarius dicat bn̄dictionē.rñſoq; Amē.lector ſedētib; fratribus ſine Jube dñe lcionē īcipiat.et ſine Tu aūt finiat.Finito itaq; prādio.dicatur v̄ſ Memoriā fecit.ſine Gl'a pr̄i.Poſtea eant in eccleſiā cantādo Miſerere.ſine Gl'a pr̄i.Quo finito dicat̄ tm̄ Pr̄ nr̄. et ſic egrediant̄. Et illud ſciendū qd hac die et ſequēti v̄ſus ī refectorio.et añ cibū.et poſt cibū.⁊ bn̄dictio potus q̄ fit ante collationē.v̄ſ etiā in capl'o remiſſius.⁊ voce hūili vſq; poſt v̄s in vigilia paſche dicenda ſunt ⁋ Poſtq̄ aūt ſeruitores a menſa ſurrexerit.nō differat veſtiarius cū ſuffraganeo ſuo aquā calidā in clauſtrū afferre. ⁊ cetera neceſſaria ad mandatū p̄parare.Deinde facto interuallo.ſcdm qd tpūs dictauerit.ſacriſta tabulā ad mandatū percutiat.De mandato fiet ſicut ſabbato ante ſcdā; dñicā quadrageſime dictū ē.excepto q̄ ſi abbas in mōſterio fuerit et valuerit.ipſemet pedes fratrū abluet ⁊ terget crinib;.poſtea oſculabitur.Qd hūilitatis exemplū vt facilius exequi valeat.ambo priores ⁊ alij quidā ex ſeniorib; ſi neceſſe fuerit ſuffragari debent.⁊ poſtq̄ lauerit redeāt cū miſtris ad ꝯuentū.et ibi lauētur pedes eoꝝ ab alijs.Poſt paucas itaq; añs ſcdm qd q̄ntitas ē fratrū lauādoꝝ incipiat̄ añ Ante die; feſtū.⁊ in ꝯcluſione añ Ecce q̄ bonū cātabitur.Poſt q̄ oīa ſequitur kyriel'.Pr̄ noſter v̄ſ Suſcepimus ds Tu mādaſti Tu lauiſti Dñe exaudi Dñs vobiſcū.et coll' Adeſto dñe.Anteq̄ orō iſta finiat̄.ꝓcedat dyaconus cū miſtris id ē ſubdyacono et trib; fratrib; albis indutis. duob; cādelabra portantibus.tercio deferēte thuribulū. et accepta bn̄dictione.legat euā^m ſicut ad miſſā.ſed ſine Dñs vobiſcū.ita incipiēs Ante diem feſtū.Ceteri oēs habeant vultus ſuos ad legentē.Leget aūt ſicut euāgeliū.⁊

vſq̃ ita et vos faciatis.Tunc dyaconus cū miſtris ſuis ſedeat.et ab
bas vel cui precepit ſermonē faciat ¶ Cōpleto itaq̃ ſermone.ſolus
ſurgat dyacon⁹.⁊ cōpleat euāgeliū legēdo ſicut lcōnē.vſq̃ Surgite
eamus hinc.Tunc ꝯuentus ſurgens eat in refectoriū ad bibendū.et
poſtea in eccl'iaꝫ ad cōpletoriū. Quo ingreſſi cantēt cōpletoriū.non
tamē ſimul.ſed ſingillatim.tres vel quatuor et ſuauiter ita īcipiētes.
Cū inuocarē cū aliis.et Nūc dimittis Rᵐ O iuda.vꝭ In pace.Hic
nō flectūtur genua.ſed dicitur Pr̄ nr̄.Et ne nos.ſine vſiculo In pa
ce.Credo in deū.p̄ces ſine pſalmo Miſerere.coll' Reſpice.ſine Dn̄s
vobiſcū.et ſine Bn̄dicam⁹.et ſine bn̄dictione.Et ſciendū ꝙ dyaco=
nus cū om̄ibꝫ miſtris ſuis ad euāgeliū calciatus erit.Et alij frēs ſin
guli poſt ablutionē muniūt pedes ſuos calciamētis.manētes calciati
vſq̃ ad lectos ¶ De feria ſexta in paraſceue Caᵐ xxxv.

Feria ſexta in paraſceue et ſabbato.ſuꝑ formas ꝓſtrati orati
onē cōplemus.Qua finita ſic incipiūtur matutine Aſtiterūt.
et hic minime diſcalciari ſolemus. In primo noc̃tno legunť
lamētationes.et ſicut in feria quinta terminabūtur. In ſc̃do noc̃tno
lcōnes de pſalmo Exaudi.vbi pridie dimiſſum eſt.In tercio noc̃tno
lcōnes de apl'o ad hebreos.prima vbi ait Feſtinem⁹ ingredi.ſecūda
Om̄is nāq̃ pontifex.tercia Et quidē cū eſſet.In hac die et ſequenti
tres vel quatuor p̄uatim dicant horas.ſiue in choro ſiue in clauſtro.
Ad primā pſ̄ Deus in noīe.Cetera ſicut antiphōriū docet.Hac die
eſt ꝯſuetudinis vt frēs qui pſ̄ ſciunt.pſalteriū ex integro ꝑſoluāt.et
ſint diſcalciati a prima vſq̃ poſt miſſaꝫ.Deinde calciati maneāt vſq̃
ad lectos. ¶ Hora nona procedat prelatus de ſacrario cū dyacono
et ſubdyacono qui ſint planetis induti. ſine euāgelio et ſine candela
bris.Euāgeliū vero ſit ſupra altare.Quod videlicet altare groſſiori
tantū panno.⁊ deſuꝑ palla ꝯſecrata oꝑiatur.Veniens itaq̃ prelatus
ante altare orationē faciat.Miniſtri aūt non iungātur ei ſolito mo=
re.nec oſculabitur euāgeliū.Ipſe aūt cū miſtris ſuis.id eſt dyacono
et ſubdyacono tantū calciatus ſit vſq̃ ad crucē.Eo itaq̃ in ſede preſ
biterij ſedente.ſubdyaconus vel accolitus lectionē In tribulatione
ſua.ſine titulo legat.Qua finita cantetur tractus Dn̄e audiui.poſtea
dicat collectā.ſine Dn̄s vobiſcū.et ſine Flectamus genua.Dicta col
lecta ſequitur lectio Dixit domin⁹ ad moyſen.a ſubdyacono cū ma=
nipulo ſimiliter abſq̃ titulo legenda.quā non vt epiſtolaꝫ ſed plane
legat vt aliam lectionē.Deinde tractus Eripe me. et ſubſequetur paſ
ſio ſuper nudum pulpitū.ſine lumine.et ſine thuribulo.et ſine bene=
dictione legenda.que ſic ſine Dominus vobiſcum incipitur. Paſſio

dñi nri ihũ xpi In illo tpe. Egreſſus ẽ ihũs. Scd cũ legit. partiti ſũt veſtiméta. ſtatim duo frẽs in modũ furãtis nudent altare duobꝫ pannis. hinc et inde poſitis ¶ Expleta paſſione dyaconus caſulã cõplicatã reinduat. et ſtans p̃latus in dextra parte altaris dicat oꝛõnes ſolẽnes. Oꝛemus dilectiſſimi. vſqꝫ ad collcãꝫ Oĩps ſẽpiterne ds. Poſtea dicat Oꝛemus. ⁊ dyaconus flectamus genua. tũc p̃latus dicat collcãꝫ. ⁊ aliȷ̃ pſtrati iaceãt vſqꝫ ad Per dñm. Et ãteq̃ Per dñm dicatur. ſurgat dyacon⁹ ⁊ dicat Leuate. Tũc p̃latus dicat Per dñm. et ita fiat ad oẽs collcãs. niſi ad hãc Oꝛemus ⁊ p pfidis iudeis. pꝛo eis eni nõ flectimus genua. qꝛ illudẽdo xpm hoc faciebãt. ¶ Circa finẽ vero earũdẽ oꝛõnũ. ſecretarius tapecia vel aliqd groſſũ lintheũ ante gradus p̃ſbiterȷ̃ ſternat. vbi crux adoꝛãda erit. et duo pꝛeſbiteri albis induti abſqꝫ ſtolis et manipulis. accolito crucẽ cooptã retro altare coꝛã eis tenẽte. in latere dextro incedẽtes. incipiãt aĩꝫ Popule meus. Tũc p̃latus ⁊ miſtri eius ab altari diſcedant. et vſqꝫ ad albas exuti et diſcalciati in chor̃ veniãt. Finita aĩ Popule meus. duo ſubdyaconi vel accoliti albis induti. ante gradus pꝛeſbiterȷ̃ incipiant Agyos. Quo dicto genua flectant. Surgẽtes aũt dicant ſcdo Agyos. et ſcdo genua flectant. et ſurgẽtes tercio dicãt Agyos. et tercio genua flectant. Tũc choꝛus Sãctus ds Sãctus foꝛtis Sãctus et immoꝛtalis. et tociens genua flectãt. Tũc accolitus deferat crucẽ ante altare. ⁊ dicãt pꝛeſbiteri Quia eduxi. ⁊ ſubdyaconi Agyos. ⁊ choꝛus Sctũs vts. Deinde deferatur crux ad gradus pꝛeſbiterȷ̃. ⁊ dicãt ſacerdotes Quid vltra. Deinde Agyos. et Sãctus. vt ſupꝛa ¶ Quo expleto tenentes pꝛeſbiteri crucẽ diſcooptã. incipiãt aĩꝫ Ecce lignũ. ⁊ deponãt eã ad gradus. eãqꝫ oẽs cũ viderint genua flectant. et ſurgẽtes eandẽ aĩꝫ ꝓcantent cũ v̾ſu Beati immaculati. Tũc pꝛelatus pꝛimũ. ⁊ poſt illũ dyaconus ⁊ ſubdyaconus in albis. deinde aliȷ̃ in oꝛdine ſuo toto coꝛpe pſtrati. crucẽ bꝛeuiter adoꝛẽt ⁊ oſculẽtur. Interim aũt cantus ad hoc ptinens pſoluatur. id eſt Crucẽ tuã. et ymnus Crux fidelis. quẽ duo frẽs cantent. qñtũ ſufficere videtur ⁊ Dñ fabꝛicatoꝛ. cũ v̾ſu O admirabile. Et ſciendũ ꝙ canonici et ꝯuerſi in cappis ſuis crucẽ adoꝛent Dum hec ita agũtur. ſacriſta aliam crucẽ cũ reuerẽtia comitante illũ alio quolibet fratre. quẽ ſigno vocauerit hoſpitibus ſi affuerint. et familie extra chor̃. ſed et terciã ꝯuerſis ſi neceſſe fuerit adorandã repꝛeſẽtet. Igitur poſtq̃ oẽs adoꝛauerint. pꝛedicti pꝛeſbiteri qui crucẽ tenent leuãtes eam. inchoant aĩꝫ Super omnia ligna. ⁊ ptinus conuentus econtra veniã petat. et ſurgens v̾ſo vultu ad altare. eandem aĩꝫ ſine aliqua collcã ꝓcantet. Sacerdotes aũt crucẽ in locũ

ſuū reſtituāt. ¶ Interim prelatus reſumptis veſtibus quas depoſu-
erat. corpus dn̄i pridie reſeruatū. cū miniſtris ſuis indutis caſulis et
alijs miniſtris. cū thuribulo et lumine accipiens corā altari accedat.
et ꝯfeſſionē dicat. Tunc altari lintheaminibꝫ deſuper ornato. dyaco
nus vinū cū aqua mixtum in calice offerat. Et ſacerdos corpus dn̄i
ſuper corꝑale cū calice ſolito more cōponat. et incenſo adhibito ſa-
cro ſanctū corpus dn̄i digitis ſuꝑ calicē teneat. ⁊ ſubleuans calicem.
mediocri voce dicat orem⁹ Preceptis ſalutaribꝫ moniti Pr̄ noſter.
ſequitur Libera nos q̄s dn̄e. Et cū dixerit Per eundē dn̄m. corpus
dn̄i vt ſolitū ē i tres partes diuidat. Et dicto Per oīa. cūctis rn̄denti
bus Amē. ipſe vnā partē in calicē mittat nichil dicens. Sāctificatur
eni vinū nō ꝯſecratū ꝑ panē ſctificatū. Pax dn̄i nō dicitur. nec dabi
tur. nec Agn⁹ dei cātabitur. qꝛ nō ſequūtur oſcula circūſtantiū. Tūc
cū prelato frēs qui petierint cōmunicēt. ſed nō diſcalciati ¶ Poſtea
ſequūtur veſꝑe ſub miſſa voce. ⁊ ſine nota in choro. ſingillatim a tri
bus vel quatuor dicende ſunt. ſicut cetere hore canonice. pſ̄ Confite
bor cū alijs. ſine an̄. et ſine capl̄o. ad Magnificat an̄ Cū accepiſſet.
plane dicenda eſt nō cantāda. Pr̄ nr̄. collcā Reſpice vtſ̄. Hijs itaqꝫ
peractis ꝯuentus calciamētis pedes ſuos muniat. Aqua aūt in clau-
ſtro calida. a ſubueſtiario ſit preparata. vt qui voluerit. pedes ſuos
abluere poſſit. Sacriſta vero poſt miſſam pallas auferat de altari.
Deinde facto ſigno reficiendi. ſimul aſcendant refectoriū. et hac die
in pane et aqua abſtineant ¶ Quod aūt multis eſt ꝯſuetudinis cru
cem in modū dn̄ici ſepulchri recondere. omnino nō facimus. ſed ne-
qꝫ hac die aliqua collacio fieri ſolet. ſed facto ſigno quo cōpletoriū
deſignatur. qui voluerint accepta licentia poterūt bibere. Ad cōple-
torium ſicut in cena dn̄i dictum eſt. excepto reſpōſorio cātabitur

¶ De ſabbato ſancto in vigilia paſche Capl̄m xxxvi.

Sabbato ſācto in primo nocturno lcōnes de lamētationibus
vtſ̄. Et in ſcd̄o nocr̄no de pſalmo Exaudi. vbi pridie dimiſ-
ſum ē. In tercio nocturno de epl̄a ad hebreos. prima lcō Criſtus aſ
ſiſtēs. ſcd̄a Ubi eni teſtamentū. tercia vero Umbrā. In hac die can
tantur hore ſicut in paraſceue. ſed R̄a et v̄ſiculi mutātur. ¶ Poſt
nonā altaribꝫ oīnibꝫ a ſacriſta ornatis. et tabula pulſata. prelatus et
miſtri veſtibꝫ ſe ſacris induāt. Et veniēs ipſe p̄latus alba tm̄ ⁊ ſtola
indut⁹ ad gradus preſbiterij. cantore librū tenēte. bn̄dicat ignē ⁊ in-
cenſum. et vtrūqꝫ aqua bn̄dicta aſꝑgat. Interim oīa lūnaria eccl̄ie
extinguātur. vt de igue bn̄dicto poſtea accēdant. Deinde prelatus ca
ſula indutus. ꝓcedat cū miniſtris ſuis dalmatica et tunica indutis.

ſine thuribulo ⁊ cereis.⁊ accedens ante altare oꝛonē faciat.⁊ ſtatim
dyaconus cereū paſchalē bn̄dicat. Cuius cerei bn̄dictionē et cetera
officia diei ille dyaconꝰ peragat.quē cantoꝛ ad nutū abbatis ad hoc
ydoneū ꝓuiderit. Sit aūt cereus abſq; om̄i varietate coloꝝ et floꝛū.
Anni dn̄i.⁊ Epacte et ꝯcurrētes ac Indictiones in cartula a cātoꝛe
ſcribātur et ip̄a cartula cereo ipſo die bn̄dicendo affigat̄.Cū aūt dy
aconus cantādo venerit ad locū illū Suſcipe ſācte pr̄.quinq; grana
incenſi crucē infoꝛmādo. cātoꝛe ſubmīſtrāte in eū impꝛimere curet.
Ubi vero idem leuita hoc ꝓmſerit. Rutilans ignis accēdit.ꝟgam cū
lumine ſumēs cātoꝛ.cereū flāmeſcere faciat.Deinde minoꝛes cādele
extinguātur.Bn̄dicto vero cereo accēdant̄ alia lūinaria.ne deficiat
lumē in eccl'ia.Cereus vero accēſus ardeat vſq; in craſtinū poſt vſ̄
¶ Bn̄dictione ergo ꝯſummata.ſequitur lc̄io ſine titulo In pꝛinci=
pio.coll' Deus qui mirabiliter.ſc̄da lc̄io Factū eſt.tractus Cātemus
dn̄o.coll' Deus cuius antiqua.tercia lc̄io Appꝛehēdent.tractus Ui=
nea.coll' Deus qui nos.q̄rta lc̄io Hec ē hereditas.coll' Deus qui ec
cleſiā.tractus Sicut ceruus.coll' Concede q̄s. Hijs om̄ib; cōpletis.
ſequitur letania in eccleſijs vbi baptiſteriū fit. et itur ad fontes cum
criſmate crucib; et cereis. Expleta vero letania.bn̄dicantur fontes.
Hoc peracto regrediatur ꝯuētus in choꝝ cantādo letaniā.Interim
pꝛelatus cū miſtris ad fontes remanens.infantes baptizet.Dū vero
Agnus dei. in fine letanie dicitur.ipſe cū miſtris pꝛeparatus ſolenni=
ter ad altare accedat ¶ Ubi aūt fontes nō habētur.poſt lc̄iones le
tania cantatur a duob; fratribus in ſuꝑpellicijs vel cappis ante gra
dum pꝛeſbiterij. Pꝛelatus interim et miniſtri vſq; ad albas exuti in
choꝝ veniant.Cū aūt ventū fuerit ad illū locū Pc̄tōꝛes te rogamꝰ.
reſumptis que depoſuerāt.ad miſſā ſe pꝛeparēt. Cantoꝛe vero poſt
letaniā incipiente kyrieleyſon. accēſis om̄ibus luminaribus.et mini
ſtris ſolito moꝛe cū candelabꝛis et thuribulo aſtantib;.ipſe pꝛelatus
cū miniſtris ſuis ad altare accedat.et ſolitā ꝯfeſſionē et oꝛonē ibidē
faciat.Illoq; ymnū Gl'a in excelſis ꝓnunciante.⁊ choꝛo qd̄ reliquū
eſt ꝓſequente.cāpane pulſentur vſq; dum finiatur.Quo finito dicat
ſacerdos Dn̄s vobiſcū Sequitur oꝛo.deinde ep'la. Poſtea cantoꝛi=
bus incipientib; all'a.vterq; choꝛus cōmuniter cantet.cum ꝟſu Cō
fitemini;cum finali nota.ſed ſc̄do all'a nō repetitur. Deinde ſequitur
tractus Laudate.dextro choꝛo pꝛimū ꝟſum.ſiniſtro ſc̄dm ꝓſequēte.
Ante euangeliū non poꝛtatur lumen. ſed thuribulū cū incenſo.quia
ſancte mulieres que querebant dn̄m in ſepulchꝛo.necdum verū lu=
men in coꝛde ferebant ꝑfecte.Credo non canitur.ſed euāgelio finito

dicat ſacerdos. Dñs vobiſcũ Oremus. et chorus taceat. In hac die ſicut et in duobus precedẽtibus qui petierint cõmunicent. Pax dñi dicatur. ſed oſculũ non detur. nec Agnus dei canitur. ¶ Dum autẽ eucariſtia ſumitur. incipiat cantor ad vš Allˀa. et ſuccẽtor pſalmum Laudate dñm oẽs gentes. ſequitur añ Veſpe aũt. quã abbas ad altare incipiat. et tota añ ante et poſt canticũ cantetur. Interim prelatus primũ altare tantũ. duo aũt ſacerdotes reliqua preeuntibꝫ cereis et ꝯuentum thurificent. ſequitur collcã Spiritũ nobis. et Ite miſſa eſt. Poſt miſſã pulſetur cymbalũ. et cetera que per tres dies obmiſſimus repetantur. Poſt refectionẽ dicitur. pš Miſerere. Ad cõpletorium non dicitur Conuerte nos. nec Deus in adiutoriũ. ſed incipitur a prelato Allˀa. Cũ inuocarẽ. cũ alijs. ⁊ cum Nunc dimittis. ſequitur allˀa Confitemini. et allˀa non reincipitur. ſequitur Confiteor. deinde Dñs vobiſcũ Oratio Pña qũs. Que etiã per totam ebdãm dicetur ad cõpletoriũ ſola. ¶ Vexilla vero nec ad altaria ponenť. nec extra circũferentur. niſi vbi parrochie habentur

¶ De die ſancto paſche. et tota ebdomada Ca[m] xxxvij

N ſãcta nocte paſchalis ſolẽnitatis. ad matutinas Dñe labia mea. et Deus in adiutorium reincipitur. ſed ymni ⁊ caplˀa ad oẽs horas per totã ebdomadã non dicũtur. Ad primã ⁊ ad oẽs horas diei per ebdomadã nõ dicitur Deus in adiutoriũ. preter ad matutinas. ſed incipitur Allˀa. et ſequũtur pſalmi. Ad primam Deus in noĩe Confitemini Beati immaculati Retribue. Hij pſalmi quotidie ꝑ ebdam nec alij cantãtur. Graduale Hec dies ſine vſu. qđ ꝑ totaꝫ ebdaꝫ excepto in ſabbato ad oẽs horas cãtabitur. Allˀa In die reſurrectionis. Allˀa nõ reincipitur. ſed finis ꝓtrahitur. ſequitur Confeſſio Deinde ſine aliquo vſiculo Dñs vobiſcũ. collˀ Deus qui hodierna die q̃ etiã ꝑ totã ebdaꝫ ad primã ſola diceť. Ad vtrãqꝫ miſſã Cõmunicãtes. et Hanc igitur. cũ ſola collcã. ꝑ totã ebdam dicetur. Ad terciam añ Allˀa. pš Legẽ pone. Allˀa Angelus dñi. ſolũ vſum ¶ Ad aſperſionẽ aque que fit poſt terciã cantať Vidi aquã pš Confitemi. et Glˀa při. ſi neceſſe fuerit. collˀ Concede qũs ops ds vt qui. que videlicet collcã diceť poſt aſꝑſionẽ aque. quotiẽs Vidi aquã in aſperſione cantatur. Sed in ipſa aſcenſione et pẽthecoſte paucis mutatis dictionibꝫ diceť. Ad ꝓceſſionẽ incipitur añ Cũ rex glˀe. que ſi nõ ſuffecerit. cantať R[m] Dũ trãſiſſet. Deinde ipſa añ in ſtatione Sedit angelus. cuius primus vſ Crucifixũ in medio ecclie ante crucẽ cantatur. Quo finito cũ repetitione. ſubiungitur alius vſ Recordami a duobꝫ vel tribus fratribꝫ poſt crucẽ ſtantibus. et vultus ſuos ad ꝯuentum

habētibus. Deinde dicitur vſus Dicite in nationibus.et oro Deus qui ꝑ nobis.quā abbas dicat ¶ Et ſciendū ꝙ ad vtroſqȝ vſ Cruci fixū et Recordamī.nō licet fratribȝ ſedere.Ad introitū chori aā Cri ſtus reſurgēs cū vſu ſuo.ante gradus preſbiterij a duobȝ vel tribus cantādo.ſequit̄ vſ In reſurrectione.coll' Cōcede q̄s ops ds vt q re. In maiori miſſa ꝑſa Fulgēs cantat̄.Ad ſextā all'a Reſpōdens.Poſt refectionē ps Confitemī incipitur.⁊ ꝑ totā ebdā ad vtrāqȝ refecti-onē.etiā ipſa octaua die paſche cātat̄.Ab hac die vſqȝ ad exaltationē ſācte crucis quotidie meridiari ſolem⁹.Ad nonā all'a Surrexit altiſ ſimus cātatur ¶ Ad vs oēs ſint in albis.ſed hac die tantū. Prela-tus vero ꝑ quatuor dies ad vs cum miſtris ſuis ſicut prima die ad proceſſionē.reliquis vero diebus ſacerdos ebdarius cū miſtris ſuis preparatus.ſtans in medio ante gradus.incipiat kyrieleyſon. Quo finito ſacerdos et miſtri depoſitis que tenebāt redeant in choꝝ. De-inde imponatur aā All'a ps Dixit dn̄s Cōfitebor Btūs vir. Gradu ale Hec dies.vſ Confitemī.All'a Paſcha noſtrū Epulemur.et all'a reincipitur. Et ſciendū ꝙ ab eiſdem qui ad miſſā cātauerint.etiā ad vs graduale et all'a cātatur.Quo finito ſequitur aā ante ⁊ poſt Ma gnificat hac ſola die cantanda. ſicut et ad primas vs et in euangelio bis cantatur.Incepta aūt aā ad Magnificat.incipiat dyaconus ſta-tionē ſuā ante gradus cū oīmbȝ miniſtris id eſt ſubdyacono.cerofe rarijs. et accolitis cum cruce et thuribulis vbi facultas fuerit. ſicut quādo kyrieleyſon cātabatur.tenens eandē ſtationē vſqȝ poſt Ma gnificat ¶ Finitaqȝ poſt Magnificat collcā de die et Bn̄dicamus. imponitur aā All'a ſcdm notā aāe Nos qui viuimus.⁊ miſtris ſuo ordine preeuntibȝ vbi fontes nō habent̄ ꝯuentus ante crucē cū ꝓceſ ſione vadat cantādo pſalm Laudate pueri.et In exitu.cū ſolo all'a. qd ibidē duo frēs vł tres cātare ſolēt.Quo cātato et collcā ꝑ bapti zatis ſine Dn̄s vobiſcū.⁊ ſine Bn̄dicam⁹.ꝑ xp̄m do.no.terminata. cū aā Criſtus reſurgēs ī choꝝ reuertimur.ſicqȝ ſine vſu Dicāt nūc. ꝑmiſſo vſiclo Dicite in nationibȝ.dicat̄ collcā de reſurrectiōe ſingu-lis diebȝ ſingule.ſicut in collectaneo ſubſcripte ſūt.⁊ ꝑ Bn̄dicamus ꝯcludent̄. ¶ Hec ſūt all'a q̄ poſt pſalm In exitu ordine ſuo cātant̄. ſingulis ſcȝ diebȝ illud all'a ponit̄.qd ad miſſaȝ ſequētis diei canitur. excepto ꝙ ſexta feria.nō all'a Laudate pueri.qd in craſtino cantan-dū eſt.ſed all'a Dicite in gentibȝ cantat̄.Que videlicet all'a poſt qua tuor dies in cappis vel in ſuppellicijs ſicut et ad miſſā cantabūtur.⁊ poſt vſum reincipiētur.Ad introitum vero chori Criſtus reſurgēs. et Dicant nunc viciſſim cū collcis ſupra ſcriptis.Dyaconus aūt ad

pſalmū In exitu.⁊ miſtri ſui depoſitis q̄ cū pceſſione attulerāt.inter alios redeant.ſed finito all'a poſt pſalmos.eadē reſumētes.ſtationē inchoent. Oia autē prima all'a eadē erūt ad vs q̄ ad miſſā.Ante primā aūt collā tm̄ Dn̄s vobiſcū pmittitur. Ubi aūt fontes habētur. prima pceſſio fit ad fontes.cū pſalmo Laudate pueri.⁊ all'a ⁊ coll'. Deinde alia in medio eccl'ie.cū pſalmo In exitu.⁊ all'a ⁊ coll' cōplet' ¶ Ad cōpletoriū all'a.ps Cū inuocarē.cū alijs et Nūc dimittis.graduale Hec dies ſine vſu.all'a Surrexit dn̄s vere.ſequitur Cōfeſſio. coll' Pña q̄s vts. Hic pſcriptus ordo hac ebda p oia obſeruabitur. niſi qd all'a mutabūtur.⁊ maxime ad vs. Ad cōpletoriū aūt all'a nō mutat' ¶ Tres vero dies ſequētes nō minus ſolēnes habem⁹.vnde ⁊ pſas ⁊ ceteras obſeruātias ſicut feſtis duplicib eis īpēdim⁹. Feria ſcꝫ ſcda pſa Mane prima Feria tercia Uictime.Feria q̄rta itē Mane pma.All'a ſup ps a feria ſcda paſche.vſqꝫ ad aſcēſionē ſingl'is noctibus.ſup nocturnos canit'. niſi dn̄ica dies ſeu feſtū ix lcionū interceſſerit. In laudib quinqꝫ an̄e p totam ebdam cū ppria collcā quotidiana dicētur. Per has octauas legētur omelie ſingulis noctibus ſingule. Quas videlicet omelias.in quatuor primis noctib nō idem dyaconus pronunciet. ſed put cātori libuerit.illis hoc officium tam ad maiorē miſſam.q̄ ad matutinas in tabula cōmendabit.quos ad hoc magis ydoneos eſſe perſpexerit. Poſt quatuor aūt dies.euangelium tam ad matutinas q̄ ad maiorem miſſā ebdomadarius pnunciet ¶ Ad matutinas vero duo fratres in tabula prenotati ante gradum inuitatoriū cantent.et in choro abbatis omnis cantus miſſe et matutinarū.necnon et veſparū incipiatur.Et pro veneratione ſācte reſurrectionis.ſicut feſta celebria hij tres dies agētur. Per hos etiā dies proſa Uictime.et paſchale kyrieleyſon cantentur. Qui aūt ad veſpas miniſtrāt in albis ſint et preſbiter ebdomadari⁹ qui veſpas cantat.nichilominus cappa feſtiua induatur. In miniſtrando cū cereis et thuribulo.altare et chorū incenſando.etiā ad maiorem miſſā nichil minus fit q̄ in quatuor dieb precedentibus.Similiter et duo fratres vtrūqꝫ Bn̄dicamus cantent. Poſt ſextā ſtatim ſicut alijs diebus reficimur.et a cōmuni ope vacam⁹.Sabbato ad neutrā miſſā graduale cantatur.ſed all'a Hec dies loco gradualis in vtraqꝫ miſſa et ad oēs horas diei ſolū etiā dicitur ¶ Quo ordine cantentur all'a ab octauis paſche vſqꝫ ad aſcenſionē dn̄i Ca[m] xxxviij.

Qo ordine cantentur all'a tam in paſchali ebdomada q̄ in dominicis ſequētibus et ferijs.vſqꝫ ad aſcenſionem domini. prima die paſche Paſcha noſtrū.⁊ Epulemur.Feria ſecūda

Nõne coꝛ noſtrũ. Feria tercia Oportebat. Feria qrta Criſtus reſurgens. Feria quinta Surrexit dñs de ſepulchro. Feria ſexta Surrexit xp̄s et illuxit. Sabbato primũ all'a Hec dies. ſcd̄m Laudate pueri.

¶ Hec ſunt all'a dñicalia. In octauis paſche ad primã miſſã primũ all'a In die reſurrectionis. ſcd̄m Surrexit dñs et occurrens. Ad magnam miſſam primũ all'a Paſcha noſtrũ. ſcd̄m Surrexit dñs et occurrens. Dñica ſcd̄a ad primã miſſam. primũ all'a Surrexit dñs vere. ſcd̄m Surrexit paſtoꝛ bonus. Ad maioꝛẽ miſſaꝫ primum alleluia Paſcha noſtrum. ſcd̄m Surrexit paſtoꝛ bonus. Dñica tercia ad primam miſſam primũ alleluia In die reſurrectionis. ſecundũ Nonne coꝛ noſtrũ. Ad maioꝛẽ miſſã p̄mũ all'a Paſcha noſtrũ. ſcd̄m Nõne coꝛ noſtrũ. Dñica quarta ad primã miſſam primũ all'a Surrexit dominus vere. ſcd̄m Criſtus reſurgẽs. Ad maioꝛẽ miſſaꝫ primum all'a Paſcha noſtrũ. ſcd̄m Criſtus reſurgẽs. Dñica quinta ad primã miſſam primum all'a In die reſurrectionis. ſcd̄m Surrexit dominus de ſepulchro. Ad maioꝛẽ miſſã primũ all'a Paſcha noſtrũ. ſcd̄m Surrexit dñs de ſepulchro ¶ Ferialia all'a hoc modo cantãtur. Feria ſecũda In die reſurrectiõis. Feria tercia Angelus dñi. Feria qrta Surrexit dñs vere. Feria quinta Surrexit xp̄s. Feria ſexta Surrexit altiſſimus. Sabbato in miſſa ſancte marie primum all'a Uirga yeſſe. et Per te dei genitrix. viciſſim. ſcd̄m Surrexit dñs ⁊ occurrẽs. In qua videlicet miſſa ſãcte marie hoc tp̄e ep'la Ego quaſi vitis. euãgelium Stabant iuxta crucẽ iheſu legẽtur. et ſequẽtie Aue mũdi. et Aue maria viciſſim vſqꝫ ad penthecoſten cantãtur. In feſtis vero ſctõꝝ que cũ tribus lcõnibus agũtur. ſiue vnius mr̃is ſiue plurimoꝛũ. ſiue vni⁹ ꝯfeſſoꝛis ſiue plurimoꝛũ miſſa fuerit. all'a Clamauerunt. et v̄ſus Reſurrexit xp̄s. ſub vno all'a cãtabitur. In feſtis aũt nouẽ lectionũ duo all'a cantabũtur. primũ de ſãctis. ſcd̄m de reſurrectione

¶ De dñica in octauis paſche Capl'm xxxix.

In octauis paſche ad v̄s oĩa iam dudũ omiſſa reſumũtur. Itaqꝫ De⁹ in adiutoꝛiũ recipitur. All'a ſup p̄s Bñdictus. Poſt primã collcãꝫ cantaẗ añ Criſtus reſurgẽs. ſine v̄ſu ſuo. v̄ꝑ Dicite in nationibꝫ. coll' Solita nos. De aliquo feſto ix lcõm vel triũ. nichil penit⁹ fieri ſolet. ſed in ſcd̄aꝫ feriã reſeruaẗ. Poſt primã collcãꝫ ad matutinas dicitur añ Surrexit dñs de ſepulchro. v̄ſus Surrexit dñs vere. collcã Deus qui hodierna die ꝑ vnigenitũ. que etiã in omibꝫ dñicis vſqꝫ ad aſcenſionẽ dicenda ẽ. Ad primã p̄s Confitemini cũ aliỹs ⁊ Quicũqꝫ vult. cũ ſola collcã Dñe deus pater. Utraqꝫ miſſa cũ ſola collecta. et prefatione. ⁊ Cõmunicantes. et Hanc igiẗ celebrabiẗ. Matutialis miſſa

Quaſi modo geniti. Maior Reſurrexi. ſicut in die paſche. cũ ipa pſa
Mane prima. que viciſſim cũ Victime. in dieb; dñicis vſq; ad aſcẽ
ſionẽ cãtabit ¶ Ad pceſſionẽ añ Cũ rex glẽ. In ſtatione ante crucẽ
Sedit angelus. cũ ſolo vſu. Ad introitũ chori añ Criſtus reſurgẽs.
ſed ſine vſu ſuo. ſequitur vſus In reſurrectione. coll' de reſurrectiõe
ſicut prima die. et abbas ſi affuerit. vtrãq; collcã;. et illã poſt Sedit
angelus. ⁊ illã poſt introitũ cõplebit. Hac adhuc die ps Cõfitemini
ad vtrãq; refectionẽ dicet. ſed feria ſcda ps Miſerere reſumit. Huius
ſolẽnitas diei p nullo feſto intermittitur. Duplex enim ſolẽnitas eſt.
Si tamẽ aliqd feſtũ nouẽ lcionũ. ſiue in hac die. ſiue in ſequẽti inci=
derit. in ſcdis veſpis fiet memoria feſti poſt primã collcã;. deinde de
reſurrectione cũ vſu Dicant nunc. vſus Dicite in nationib; collecta
Solita nos. Hec aũt añ Criſtus reſurgẽs omnib; ſabbatis ad vs̃. et
vſus Dicant nunc. in dñicis vſq; ad aſcẽſionem canitur. niſi duplex
feſtũ interueniat ¶ Feria ſcda poſt octauas paſche. incipiunt Actus
aploꝝ. et vſq; in quartã dñicã legũtur. Hac aũt ebda cantatur R̃m
Maria magdalena. ⁊ cetera. q in paſchali ebda annotata ſunt. Sed
cauendũ eſt. ne feſtis intercurrẽtibus a ſuis ferijs in alias cantanda
transferãtur. Sciendũ vero eſt q ſi aliqd feſtum triũ lcionũ hoc pa
ſchali tempe per feriam occurrerit. totũ inde nocturnale ac diurnale
agitur officiũ. Feſta vero que ab alia ebdomada in hanc reſeruãtur.
in octaua ſua celebrantur. Et ſi in octaua feſtũ aliud eidem conueni
ens occurrerit. de vtroq; ſi tamen vtrũq; feſtum triũ lcionũ ſit cõmu
niter cãtabitur. ſi aũt hoꝝ quodlibet feſtũ nouẽ lcionũ ſit. de minori
tantũ memoria habebitur ¶ Feria itaq; ſcda ad miſſã collecta Deꝰ
qui nos reſurrectionis ſcdo loco incipitur. et tercio loco niſi feſtum
impedierit de ſãcta maria. vel de ſãcto ſpũ dicetur. Ad matutinas et
ad veſpas canonicas ſuffragia de ſãcta cruce dicũtur. Ad matutias
añ Crucifixus ſurrexit a mortuis. vſus Dicite in nationib;. collecta
Solita nos. Ad veſpas añ Crucẽ ſanctã. vſus Dicite in nationib;.
collcã Solita nos. Ad horas btẽ marie que hac ſcda feria reincipi=
untur. de omĩbus ſãctis dicẽtur ſuffragia. Ad matutinas quidem añ
Sãcti ⁊ iuſti. vſus Gaudete iuſti in dño. coll' Letetur eccl'ia. Ad vs̃
añ Sãcti tui. vſus Gaudete. coll' Letetur. que etiã p totum annum.
preterq in feſto ſãcti agapiti. tam ad matutinas q ad vs̃. quãdo de
omĩbus ſãctis dicetur dicenda eſt. Hec ſuffragia vſq; ad aſcenſionẽ.
tam in feſtis q priuatis diebus dicẽtur. exceptis ſabbatis et dñicis.
in quib; vt pdictũ eſt añ Criſtus reſurgẽs. ⁊ añ Surrexit dñs. ſiue
Dicant nunc dicitur. Quã videlicet memoriã in dñicis pponendã

ſcias memorie triū lectionū. ſed postponēdam meōrie dn̄ice. quādo in dn̄ica de feſto ix lcōnū cātatur. ¶ Notandū aūt q ab octauis paſche vſq ad rogationes. quotidie niſi feſtū ꝓpriū quid habēs interueniret. vel in ſabbato de ſcta maria cantandū fuerit. miſſe dn̄icales in ꝯuentu celebrētur. ꝓpter honorē ſancte reſurrectionis. Et a paſcha vſq ad octauas pēthecoſtes. nullius añe finis ꝓtrabitur. q2 hoc tempus. nō vt alia tpa beatitudinis expectationē. ſed ipſaȝ requiē nobis ſignat. ¶ De dn̄icis poſt octauas paſche Caᵐ xl.

Dominica poſt octauas paſche cantatur hiſtoria Dignus es dn̄e. Ab hinc om̄ibȝ dn̄icis vſq ad aſcenſionē niſi de aliquo feſto cantetur. in tercio noctno cātabitur Rᵐ Angelus. cū meōria reſurrectionis. poſt primā collectā ſuperius memoratā. Et om̄ibus dn̄icis vſq ad aſcenſionē matutinalis miſſa de dn̄ica. maior Reſurrexi cū ſequētia cantatur. Om̄ibȝ nichilominus dn̄icis. et feſtis ix lectionū. et feſtis duplicibȝ. paſchalis cereus in maiori miſſa et veſꝑis et matutinis accenſus ardeat. et paſchale kyrieleyſon vſq ad penthecoſten dn̄icis diebus cātabitur. Toto etiā hoc tempe vſq poſt octauas ſancte trinitatis nunq̄ ſuper formas ꝓſternimur. nec in ſecreta. nec ad horas. ſed tantū manu venia accipitur ſi qñ oportet. Quotiens nāq hoc tempe miſſas familiares cātamus. ſubtracto de officio graduali. cetera ſicut alio tpe cantam⁹. ¶ Itē ab octauis paſche vſq ad aſcenſionē. ad oēs ymnos qui non ſunt de reſurrectione. excepto ymno O crux aue. de inuētione ſācte crucis. additur vſus Dn̄s auctor oim. et Glā tibi dn̄e qui ſurrexiſti. ſi tamen ricmo cōueniāt. Ad ꝓceſſionē om̄ibus dn̄icis vſq ad aſcēſionē añ Criſtus reſurgēs. cū vſu ſuo ſi opus fuerit cātabitur. In ſtatione ante crucē Sedit angelus cū ſolo vſu. Prima videlicet dn̄ica Crucifixū. ſcd̄a Recordamini. ac deinde viciſſim a duobȝ fratribȝ. Ad repetitionē Nolite metuere. intrabimus choꝝ. ſequitur vſus Dicite in nationibȝ. coll' De⁹ qui ꝓ nobis. De hac ꝓceſſione ꝓ aliquo feſto interueniēte. nichil ſcias eſſe mutandū. Si qd̄ feſtū etiā ix lectionū poſt octauas paſche in aliqua dn̄ica euenerit. de dn̄ica meōria habebitur. ⁊ de feſto plenarie cātabitur. ¶ Qr ſi feſtū ſācti marci in dn̄ica euenerit. feſtū ipſa die celebrabitur. et letania et ieiuniū in ſcd̄aȝ feriā differet̃. et prima miſſa de dn̄ica. maior de feſto cantabitur. Si vero feſtū triū lectionū in dn̄icis euenerit. plenū habēs officiū. memoria tantū eius habebitur. ceterū miſſa de reſurrectiōe nō omittitur. Dn̄ica q̄rta capl'a mutant̃. et epl'e canonice vſq ad aſcenſionē legūtur. et hiſtoria Si oblit⁹ cantatur. In hac tercia et quarta dn̄ica. ſi antiphone in euāgelio minime

ſufficiũt. cãtentur que in ſcda ꝛ tercia ebda in feſtis ſctõꝝ remãſerũt. Que videlicet añe ſi nec ſufficiũt. reincipient q̃ ad pñtem ꝑtinẽt ſeptimanam ❡ De feſtis eo tꝑe occurrẽtibus Ca^m xli.

E ſancto marco legũtur ſex lciones de expoſitione auguſtini ſuꝑ euan^m Ego ſum vitis. ſed capl'a et v̄ſiculi ꝛ ymni ſicut in natali euãgeliſtaꝝ dicũtur. Ad miſſã primum all'a In oẽm terrã. ſcdm Criſtus reſurgẽs. ſine ſequẽtia cantat̃. ❡ De apl'is philippo ꝛ iacobo. ſex lciones de expoſitione euãgelij Nõ turbet̃ leguntur. ꝛ primũ all'a Nõ vos me elegiſtis. ſcdm Nõne cor noſtrũ. cum ſequẽtia Clare ſctõꝝ cantat̃ ❡ In inuẽtione ſãcte crucis legitur de ipa inuẽtione. Ad v̄s vl' ad matutias nulla fit ꝓceſſio añ crucẽ. ꝛ maior miſſa in choro et nõ ante crucẽ cãtabitur. ꝑma miſſa de ſctis. ſi tamẽ extra dñicã euenerit. Sed prima miſſa quiq; collcãs. ſcdaꝫ de ſãcta cruce. terciã de reſurrectione. q̃rtam de ſpũ ſãcto. quintã Propiciare. ꝛ primũ all'a Clamauerũt. ſcdm Dicite in gẽtibus. cũ prefatione paſchali recipit. Maior aũt miſſa ſolã collãꝫ. ꝛ primũ all'a Dulce lignũ. ſcdm Surrexit paſtor bonus. ꝛ ſequẽtiã Laudes crucis recipit. In ymno O crux aue. ſubiũgitur O redẽptorũ gl'a. Qñ hec inuẽtio in vigilia aſcẽſionis euenerit. euan^m de vigilia ad matutinas ꝓnunciabitur. et ante collcãꝫ ſctõꝝ de vigilia fiet meõria cũ v̄ſu Surrexit dñs de ſe. ꝛ miſſa matutinalis erit de vigilia. ꝛ in ipſa de ſctis ꝑ ſolã collcãm fiet memoria. ❡ De ſãcto iohãne ante portã latinã. legũtur ſex lciones de expoſitione euãgelij Ego ſum vitis. Capl'a ymni et v̄ſicl'i de apl'is dicẽtur. Ad primas v̄s añ ſuꝑ magnificat In feruẽtis. In euan^o añ In medio eccl'ie. Ad ſcdas v̄s ſuꝑ p̄s Dixit dñs All'a paſchale dicet̃ añ Iſte ẽ iohẽs ſuꝑ magnificat. Paſchale itaq; all'a in omnibꝫ ſcdis v̄s ſctõꝝ. excepta inuẽtione ſcte crucis. et ſcda veſpa philippi et iacobi dicitur. ❡ De letania maiore. et rogationibus Ca^m xlij

I feſtũ ſãcti marci in dñica euenerit. eodẽ die feſtũ celebrat̃. et ꝓceſſio et ieiuniũ in ſcdaꝫ feriã differũtur. et tũc poſt ſextã ſequitur ꝓceſſio. ꝛ ꝓceſſionẽ miſſa. et miſſã nona ſine interuallo. In letania maiore q̃ ẽ in feſto ſãcti marci. poſt primã cãtatur miſſa de ieiunio. poſt terciã miſſa de feſto. poſt ſextaꝫ fit ꝓceſſio hoc modo. Ad aſꝑſionẽ aque cãtat̃ añ Exurge dñe. cũ coll' de afflictiõe. que etiã dicitur in rogationibꝫ. Sequit̃ in ꝓceſſione añ Surgite ſcti cũ alijs paucis. Deinde ſi locus et tpũs ꝑmiſerit dictis ſeptẽ p̄s ſequitur letania kyriel' a duobꝫ cantanda. Poſt letaniã ſequitur añ Lux ꝑpetua. vel Laudẽ dicite. v̄ꝫ Gaudete iuſti. coll' Letet̃ eccl'ia. Et in hac ꝓceſſione. p̄ſbiter cappa feſtiua induet̃. Ceteri vero miſtri. id eſt

qui aquā bn̄dictā.⁊ crucē ⁊ reliquias ferūt ſctōꝝ.ſuppellicijs vel al
bis induunt.et miſſa de letania poſt primā celebrabitur.ſine dn̄icali
collcā.ſed ſolū all'a recipit.et ꝑ Bn̄dicam⁹ dn̄o terminat. In ꝓceſ=
ſione diſcalciati nō erimus.et poſt cibū ad laborē nō imus.Cū autē
ꝓhibēte pluuia nō ꝑmittitur ꝓceſſio egredi.poſt aſꝑſionem aque ſe
quitur ꝓceſſio cū kyrieleyſon circa clauſtrū.⁊ poſt letaniā. an̄ Lux
ꝑpetua.vel Laudē dicite.vel Sctōꝝ noīa.Iſte ſiquidē an̄e in roga
tionib; viciſſim dicentur. Poſt ꝓceſſionē vero ſine interuallo nona
cantatur.et poſtea reficimur ¶ Feria ſc̄da in rogationib; ꝓnūciabi=
tur euāgeliū de letania.etiā ſi ſit feſtū triū lcōnū.ſed ꝓ feſto ix lcōm
ſi tamē ꝓpriū habeat euanm.vſq; in terciā feriā reſeruat.Si occurre
rit feſtū triū lcōnū hac ſc̄da vel tercia vel q̄rta feria.de feſto cātabi=
tur.cū ꝓnūciatione euāgelij de letania.et poſt collcā; feſti dicetur de
letania meōria.an̄ Quis veſtrū.cū collcā de letania.Ad vſ an̄ Exi=
ui a p̄re.⁊ collcā dn̄icalis.Feria tercia legētur ep'le canonice.ſi tamē
feria ſc̄da euāgeliū ꝓnūciatū eſt.In euāgelio an̄ de letania Si ergo
vos.cū collcā ieiunij.Ad vſ an̄ Nunc ſcimus.cū collcā dn̄icali.Me
moria vero ieiunij ad matutinas ꝓ nullo feſto dimittetur.Sed de do
mica ſi feſtū occurrerit ad vſ intermittitur.¶ Hijs ergo trib; dieb;
rogationū exeant fr̄es vſq; ad terciā ad laborē. Qua cantata habēt
horā lcōnis vſq; ad ſextā.Poſt ſextā vero ſacerdote cū ſuis miſtris
ſacris veſtib; induto.et poſt pulſatū ſignū canonicis ꝯuenientibus.
inchoata an̄ Exurge dn̄e.aqua bn̄dicta aſpergatur.et dicatur collcā
Parce dn̄e. Dicta vero collcā poſt aſꝑſionē aque.ſacerdos cappa
feſtiua indutus p̄cedat ꝓceſſionē. Incepta aūt an̄ Surgite ſc̄i.fit ꝓ=
ceſſio circa atriū tantū.miſtris p̄cedētib; in albis vel ſuppellicijs cū
aqua bn̄dicta.et cruce.⁊ reliquijs ſctōꝝ.De reliquo fiat.ſicut de le=
tania maiore dictū eſt.Ubi aūt capella vel eccl'ia aliqua iufra ambi
tum monaſterij.habet ꝓceſſio illuc ire poterit.ſed miſſa ibi nō can
tatur.ſed letania in redeundo canitur.Statim ſequitur miſſa.et miſ=
ſam nona.Uigilias hijs diebus cātamus.et matutinalē miſſā ꝓ de=
functis.niſi feſtū ſit nouē lcōnū celebram⁹.Maior vero miſſa etiā ſi
ſit feſtū triū lcōnū.ſc̄da et tercia feria de letania erit. In feſtis aūt ix
lcōnū fiat vt predictū eſt in letania maiore.poſt nonam reficimur.⁊
dormimus.ac infra dormitionē.lector menſe et ſeruitores reficiunt.

¶ De vigilia aſcenſionis dn̄i.et ipſa die.et octauis ei⁹ Cam xliij

N vigilia aſcenſionis etiā in feſto ix lcōnū.et in inuentione ſācte cru
cis ſi intercurrerit.euāgelium de vigilia ꝓnunciabitur. In euāgelio
an̄ Nunc aūt ad te.cū collecta de vigilia.Miſſa vero de vigilia cum

collecta de resurrectione. et prefatione Te quidem dñe omi tpe. ſicut duobus precedētibus dieb; celebratur. Ad cōpletoriū ſola collcā Il lumina. et ad primā quotidiana dicet. Si aūt in hac vigilia. inuētio ſancte crucis euenerit. ad vſ tantū memoriā recipit. Quā memoriā feſtū ix lcionū non recipit. Miſſa vero matutinalis de vigilia cū ſolo all'a cātabitur. ¶ Ab aſcenſione dñi vſq; ad pēthecoſten cātatur de ipſa aſcenſione dñi. ſed legitur apocalipſis. Ex hinc non fiunt ſuffra gia de reſurrectione. vel de ſcta cruce vſq; poſt octauas pēthecoſtes. Et cereus paſchalis in primis veſpis accenſus ardeat vſq; in craſti= num poſt cōpletoriū. et tūc de choro tollatur. Hac igitur die nullius feſti memoria agitur. Si qd tamē euenerit feſtū ix lcionū in ſextā fe riam differtur. habebitq; memoriā in ſcdis veſpis aſcenſionis poſt primā collectā. ſed hanc memoriā feſtū triū lcionū nō recipit. Utra q; miſſa de feſto cū ſola collcā erit. Ad primā pſ Confitemini. et ad pceſſionē cantatur R͞m Ite in orbem Omnis pulchritudo. cū aliis pro vt opus exegerit. In ſtatione añ O rex glorie. Mox quidam de maturioribus ad nutū cantoris ingreſſus. vſo vultu ad ꝯuentū per= cantet totā añ; Non vos relinquā. Qua finita incipiat cantor R͞m Te ſanctū dñm. et ſic ingrediantur. ſequitur vſus Aſcendit ds in iu= bilatione. collcā Da qſ omps ds. Ad maiorē miſſā in die. primum all'a Nō vos relinquam. ſcdm Aſcendēs xps in altū. et ſequētia Rex omps cātatur ¶ In dñica vero ſequēti matutinalis miſſa de dñica ſit. et tūc pmū all'a Aſcēdit deus. ſcdm Dñs in ſynai. Maior aūt miſ ſa de aſcēſione. cū pſcripta ſequētia cātatur. Preſcripta quoq; qua= tuor all'a p octauas viciſſim cātant. et ad pceſſionē cantat R͞m Ite in orbē. p clauſtrū. et ad itroitū añ O rex gl'e. cū vſu pfato. et collcā. Quotidie vero excepto ſabbato. p has octās de aſcēſione dñi maior miſſa celebrāda ē. niſi feſtū ix lcionū occurrerit. Tūc vero matutina lis miſſa de ipſa agenda eſt. Et ad oēs miſſas ſiue de aſcenſione. ſiue de dñica. ſiue de ſāctis vſq; ad pēthecoſten quotidie canitur. Gloria in excelſis. et prefatio Qui poſt reſurrectionē. et Ite miſſa ē. ſed Cō= municātes ad miſſas aſcenſionis tm̄. et ad ymnos Gl'a tibi dñe qui aſcēdiſti ad ſuperos dicitur. ¶ Si ſabbato harum octauaꝝ feſtū ix lcionū non celebre occurrerit. veſpa ſabbati de dñica erit. et de feſto memoria fiet p añ;. et collcā;. Item ſi feſtū nouē lcionū in dñica eue nerit. miſſa matutinalis de dñica erit ſine collecta aſcenſionis. maior vero de feſto erit. cū ſcda collcā de aſcenſione. Si inuentio ſācte cru cis in ipa aſcenſione euenerit abſq; omni memoria in craſtinū diffe= retur. ſed in ſecūdis veſpis aſcenſionis memoriā tantū recipit. Hec

inuentio ſi in dñica infra octauas euenerit pnunciatio euāgelij de do
minica erit. ¶ Octaua huius aſcēſionis cū trib; lcōnibus tantū agi
tur ſine Credo. Feria vero ſexta poſt octauā aſcēſionis tam ad ma=
tutinas q̄ ad miſſā nichil omino ex ſupra dictis mutat̄. niſi q collcā
aſcēſionis intermittit̄ et coll' dñicalis ad horas dicit̄ et miſſa de dñica
cū Gl'a in excelſ canitur. ⁊ feria qrta legitur. ſi tamē de dñica cantet̄.
Si aūt de feſto triū lcōm cantetur maior miſſa. tūc qrta feria in loco
ſuo id eſt qrta feria legi poteſt ¶ Si in hac feria ſexta de feſto ix le=
ctionū cantat̄. poſt primā añ; fit meōria de aſcēſione cū coll' dñicali.
et all'a de aſcēſione in miſſa dicitur feſti. Matutinalis aūt miſſa dñi=
calis. vel quelibet alia familiaris. ſine all'a de feſto cantabitur. Feſtū
aūt triū lectionū memoriā tantū habebit. que ex more ſibi debetur.

¶ De vigilia pēthecoſtes et ipſa die. ⁊ tota ebdā Cam xliiij.

N vigilia penthecoſtes pnūciatur euāgeliū de vigilia ad matutinas.
et de eadem vigilia collcā ad matutinas dicitur. ⁊ ad reliquas horas
de dñica. Si qd feſtum nouē lectionū in hac die euenerit. in ſexta fe=
ria preuenitur. feſtū vero triū lcōnū ſolā memoriā in veſpis ⁊ matu
tinis habere ꝯſueuit. In hac die licet fatrib; priuatas miſſas celebra
re. ſed in ꝯuentu non celebrat̄ miſſa poſt primā. ſed extēdetur ſpaciū
vſq; quo vnus poſt aliū cantauerit. Qui vero miſſas priuatas cele=
brant. de vigilia minime celebrabunt. De hora autē laboris fiat pro
diſpoſitione abbatis vel prioris. ¶ Ordo lectionū in miſſa hic eſt.
que cū titulo legent̄. Prima lcō Tēptauit ds. coll' Deus qui in abra
he. ſcda Scripſit moyſes. tractus Attende. coll' De⁹ qui nobis. lectio
tercia Apprehēdent. tractus Uinea mea. coll' Deus qui nos. Lectio
qrta Audi iſrahel. coll' Deus incōmutabilis. tractus Sicut ceruus.
coll' Cōcede qs ops ds vt qui ſolēni. ſequitur letania. Prelatus et
miniſtri vſq; ad albas exuti. redeiāt in chorū ſicut in vigilia paſche.
¶ Ad vs et ad oēs horas ſequētis ebdē. ymnus Ueni creator ſpūs
cantatur. In cuius primo vſu vultus oīm ad altare ꝯuertātur. dein
de ſtent vſis vultib; ad alterutrū. Ad cōpletoriū quoq; qñ añ Ueni
ſācte ſpūs. poſt canticū incipitur. oēs ſe ad pñtiā corpis xpi vſus al
tare vtant. manentes ita donec pcantet̄. Collcā vero que añ et pre
ces ſolito more ſequitur. id eſt Aſſit nobis. ſicut et alijs dieb; p totā
ebdām cū quotidiana dici ſolet. premiſſo vſu Spūs dñi repleuit or=
bem. In ipſa igitur nocte pſalmi qui in nocť no ponūtur. quotidie p
ebdām cantētur. ¶ Ad primā ps Confitemini. prima die tantū. coll'
vero Deus qui hodierna die. cū quotidiana p totā ebdā; dicet̄. pre=
miſſo vſu Emitte ſpiritū tuum. Et matutinalis miſſa quotidie Spūs

dñi dicetur. Et primū all'a prima die tantū. in vtraqʒ miſſa Spiritus ſanctus ꝓcedens. ſcd̄m Ueni ſācte ſpūs. Ceteris aūt diebus primū all'a Emitte ſpiritū tuū. ſcd̄m Ueni ſcte ſpūs cātabit̄ ad eandē miſſā.

¶ Et notandū ꝙ quotiens all'a Ueni ſācte ſpūs. ſiue in pēthecoſte vel per octauas ipſius. ſeu etiā alio tpe cātatur. ſacerdos ſurgēs cū dyacono ⁊ ſubdyacono. vnus poſt aliū ordinate in medio altaris debent incipere ſtationē. et incepto Ueni ſancte ſpūs. tam illi ꝙ ceteri frēs oēs flexis genibʒ maneāt quouſqʒ cōpleātur hee tres dictiones Ueni ſācte ſpūs. Ad aſpſionē aque añ Uidi aquā cātabitur. ſequit̄ coll' Concede qs̄ ops̄ ds̄ vt qui ſolēnita. Ad ꝓceſſionē cantat̄ ℟m Jam nō dicam Repleti ſunt. cū alijs vt opus fuerit. Jn ſtatione Te nūc ds̄ pijſſime. ⁊ Dudū ſacrata. ⁊ Sit laus pr̄i. ſimul ab oībʒ cātatur. Ad introitū chori añ Hodie cōpleti ſūt. cū v̄ſu Emitte. et coll' de die. Ad oēs miſſas ſācti ſpūs Gl'a in excelſis. et Credo in vnū. et Cōmunicātes. et Hanc igitur. ꝑ totā ebdomadā dicent̄. Prima die ⁊ tribus ſequētibʒ cantat̄ ſequētia Sācti ſpūs ¶ Ad v̄s añe ſuꝑ ps̄ Dū cōplerent̄. ſed ꝑ añ Fontes et oīa. añ Hij qui liguis. ⁊ ad magnificat añ Cū aūt cōplerētur cātat̄. All'a ꝑ ebdaʒ hoc ordine cātantur. Feria ſcd̄a all'a Emitte. Feria tercia Paraclit᷒. Feria q̄rta Spūs dñi. Feria quinta Emitte. Feria ſexta Uerbo dñi. Secundū all'a quotidie Ueni ſcte ſpūs. qd̄ ab vtroqʒ choro cū multa deuotiōe coīter cātandum ē. Sabbato primū all'a Emitte. ſcd̄m Ueni ſācte. terciū Paraclitus. q̄rtū Spūs dñi. quintū Bñdictus. ſextū Laudate dñm. ⁊ oīa all'a in hoc ſabbato chorus cātet. All'a vero Bñdict᷒ a duobʒ cātet̄ Per ſex aūt dies vtraqʒ miſſa ſolā coll' recipit ¶ Jn hac aūt ebdā. gregorius papa ꝯſtituit eſtiuale ieiunū annuatim celebrari. Jn q̄rta itaqʒ feria ante primā orōnē. nulla p̄mittitur ſalutatio. ſed ſine genuflexione hac die ⁊ reliquis ieiunij diebus orōnes recitātur. ⁊ Gloria in excelſis. et Credo in vnū. ⁊ p̄fatio. et Cōmunicātes. ⁊ Hāc igitur dicūtur. Poſt miſſā vero ſexta cātatur. et breui interuallo facto nona ſubſequitur. ⁊ poſt nonā reficimur. Jn quīta aūt feria de inuitatorij obſeruatione qd̄ de quinta feria paſche dictū ē teneat̄. et oīa ſicut in feſtis celebribʒ. cū ſequētia Ueni ſācte ſpūs. hijs tribus diebʒ obſeruētur. Que etiā ſequētia reliquo anni tpe cātatur. quādo de ſpū ſācto maior miſſa cantatur

## De ſancta trinitate Cam xlv.

Sabbato ad v̄s in octauis pēthecoſtes. de ſācta trinitate officiū inchoat̄. et vſqʒ in ſequens ſabbatū plenarie recolitur. añ Gl'a tibi trinitas. cū alijs ſuꝑ ps̄ Bñdictus cantat̄. ⁊ in fine antiphonaꝝ vſitata ꝓtractio repetit̄. Nulla hic meōria de pēthecoſte.

ſed nec vlla dicũtur ſuffragia. Si qđ feſtum nouē lectionũ occurre-
rit. ſiue celebre. ſiue non celebre. vſqꝫ in ſcđaꝫ feriã differetur. ſed pri
mis veſpis carebit. Ad cõpletoriũ añ Miſerere michi. ⁊ ymnꝰ Te lu
cis. et coll' Illũina reſumitur. Ad matutinas ſermo ſcti auguſtini. vl'
alij de trinitate ꝑ totã ebđaꝫ legẽtur. In laudibus quinqꝫ vſus quin
qꝫ añis apponũtur. qui pma tantũ nocte cantãdi ſunt. ¶ Miſſa ma
tutinalis Spũs dñi cũ ſola coll' ſicut in die pẽthecoſtes celebrabit̃. cũ
graduali Bta gens. ⁊ All'a Ueni ſãcte ſpũs. ſed ad miſſã illã Com
municãtes. ⁊ Hanc igitur nõ dicitur. Ad aſperſionẽ aque. añ Aſper-
ges me. cũ coll' Pra nobis dicetur. Ad ꝓceſſionẽ ℞m Sũme trinita
ti. et ℞m Bñdicamus. ſi neceſſe fuerit cãtabitur. Ad introitum añ
Te deũ patrẽ cantabitur. cũ collcã de ſancta trinitate. Maior miſſa
ſolã collectã recipit. In qua videlicet miſſa legitur epl'a Uidi oſtiũ.
⁊ euãgeliũ Erat homo. idemqꝫ ad matutinas ꝓnũciabitur. Sequẽtia
tantũ hac die Bñdicta cãtatur. Ad vſ añe de laudibꝫ. ſed ſine vſibꝫ
ſuꝑ pſ cantãtur. ¶ Poſt vſ vero niſi feſtũ ix lcõnũ ſequatur dicen
tur vigilie ꝓ parentibus nrĩs cũ ix lcõnibꝫ. et ſequẽti die fiet magna
cõmendatio in ꝯuentu ¶ Inuitatoriũ per ebđaꝫ Deũ verũ. ymnus
Nocte ſurgẽtes. cũ ix añis et pſalmis ſicut prima die. et Te deũ canta
bitur. In laudibꝫ ſola añ O bta cũ ymno Ecce iam noctis. Ad vſ
ſola añ O bta. cũ pſalmis ferialibꝫ. ſuꝑ Magnificat et bñdictus. añ
Bl'a tibi trinitas cũ alijs. que cũ finite fuerint reincipient̃. Quotidie
vero niſi feſtũ fuerit vſqꝫ ad ſextã feriã. maior miſſa de ſãcta trinita
te. cum Bl'a in excelſis. et ꝓpria prefatione. ſed ſine Credo cãtatur.
Qrta feria legitur epl'a Si xp̃s pdicatur. euanm Acceſſerũt ad ihm̃.
Et ſciendũ ꝙ miſſa ſcte trinitatis collectã ſancti ſpũs nõ recipit. ſed
ſcđo loco de ſcta maria. tercio loco quelibet familiaris dicẽda ē ſi ne
ceſſe fuerit. ¶ Notandũ quoqꝫ ꝙ ſuffra ſtatim ſcđa feria ad matuti
nas de ſcta cruce. de ꝑono eccl'ie ⁊ de ſcto auguſtino reincipiũtur. et
alia de ſctis ad matutias ſãcte marie. Et deinceps omĩ ſexta feria de
ſãcta cruce. ⁊ ſabbato de ſãcta maria. cũ ſequẽtia Aue maria. ⁊ Aue
mundi. et Poſt partũ. viciſſim vſqꝫ ad aduentũ dñi. niſi feſta ſctoꝝ
impedierint cãtabitur. Et notandũ ꝙ qñ cãtatur all'a Poſt partũ.
dicitur proſa Poſt partũ. Cũ vero canitur all'a Per te dei. ſequitur
ſequẽtia Aue maria. Et qñ canitur all'a Uirga yeſſe. ſequit̃ ſequẽtia
Aue mũdi. Et hec habẽt locũ vſqꝫ ad aduẽtũ dñi. Sed ⁊ ſi miſſã ha-
bere non poſſunt. collcãꝫ habere debebũt ¶ Feſta ſctoꝝ triũ lcõm.
que a precedẽti ebđa in iſtã reſeruant̃. ſiue coꝝ q̃ non reſeruata pro-
prijs kl'is eueniunt. memoriã tm̃ ꝑ añꝫ et collcãꝫ habebũt. et miſſam

maiorē cū Glła in excelſis obtinebūt. ſi tamē ꝓpriū habeant officiū. De feſto nouē lectionū ex more cātabitur. habita de ſancta trinitate memoria p añ et collcāꝫ ¶ Sciendū vero eſt ꝙ officia ſctōꝝ allelu iatica que poſt octauas pēthecoſtes occurrūt mutātur. vt loco eorū alia q̄ nō p allła terminātur cantent. Sed et alij cantus qui p allła finiūt. vt ē offertoriū Mirabilis ds. ⁊ quidē alij. ſine allła terminabuntur. ſi tamen cōpetentē habuerint ſine allła finalem.

¶ De dñicis poſt pēthecoſten vſqꝫ ad aduentū dñi Caᵐ xlvi.

Sequēti dñica incipitur liber regū. ⁊ cātat hiſtoria Deꝰ oīm. Ad vſ nec añ nec collcā de ſcta trinitate dicitur. Collˀ aūt ſequētis diei poſt añꝫ ad magnificat dicitur. Qđ etiā in omībꝫ ſabbatis p totū annū obſeruandū ē. ſcꝫ vt nō p̄cedētis. ſed ſequētis dñice collcā ad vſ dicatur Excepto ſabbato pēthecoſtes. qñ de vigilia ſicut et in ceteris vigilijs dicitur. Hec aūt dñica feſtis duplicibꝫ ⁊ celebribꝫ tm̄ cedere ſolet. Minores aūt ſolennitates ix lciōnū vſqꝫ in ſcdaꝫ feriā differunt ¶ Ab hac dñica vſqꝫ ad hiſtoriā Adapiat. ſola añ Regnauit. dñicis diebus in laudibꝫ cantat. Et miſſa matutinalis de ſcō ſpū. omībꝫ dñicis vſqꝫ ad aduentū dñi. exceptis feſtis ix lcioᵐ. ſiue etiā triū ſi ꝓpriū quid habuerit celebrat. Notandū vero ꝙ ī miſſa ſancti ſpūs hoc tp̄e nō duo allła. ſed graduale Btā gens. ꝑ p̄mo allła cantabit. In hac ſiquidē die ſi prima miſſa de ſpū ſācto ſit. ſcda collˀ de dñica. tercia de ſctā maria. niſi feſtū occurrerit. In maiori vero miſſa ſcda collˀ de ſctā trinitate ſi tamē de dñica ſit miſſa. tercia de omībus ſāctis dicetur ¶ In omībꝫ etiā dñicalibꝫ miſſis. ſiue maior ſiue minor ſit. p̄fatio Qui cū vnigenito. ⁊ collˀ de ſcta trinitate dicet. Si occurrerit feſtū ix lciōnū. in miſſa matutinali q̄ de dñica cantabit. ſcda collˀ de feſto. tercia de ſācta trinitate erit. In maiori vero miſſa que de feſto cātabitur. ſcda collˀ de dñica. tercia de omibus ſctis Cōcede qs dicetur ¶ Item dñicalia officia nunꝙ̄ de dñica in dñicam differūtur. ſed ꝯtinuatim cātant. Quarta aūt feria ſi in debitis ſibi ferijs legi nō poteſt in alijs legetur. Euāgelia aūt ſexte ferie. in ſexta feria ad miſſā ſācte crucis legi poſſunt ¶ De vigilijs vero que p eſtatem eueniūt ſtatutū ē. vt quādo feſtū habēs vigiliā die lune inciderit. vigilia ſabbato p̄cedente ieiunet. ⁊ officiū de ea celebret. Idem dicimus de vigilijs hyemalibꝫ obſeruandū ¶ Omibus aūt dñicis vſqꝫ ad aduentū dñi. niſi feſtū nouē lciōnū occurrerit. in ꝓceſſione cantatur ℞ᵐ de ſācta trinitate. Et ad introitū ecclˀie añe de ſcta maria. A p̄ma quidē dñica poſt octauas pēthecoſtes. vſqꝫ ad kłas auguſti ℞ᵐ Sūme trinitati. cū añ Ibo michi. A kłis auguſti vſqꝫ ad kłas

octobris ℟m Honor virtus. cum añ Om̄ pulchra. A kl'is octobris vſqȝ ad aduētum dn̄i ℟m Bn̄dicam⁹. cū añ Alma redēptoris. Qd̄ ſi vnū ℟m non ſuffecerit. aliud de eodē incipi poterit. Qd̄ ſi feſtū ix lcōm interuenerit ℟m de feſto in pceſſione cātet. ſed añ ad introitū non mutabitur. niſi in feſto oīm ſctōꝝ ⁊ patroni et dedicationis eccl'ie.
¶ Sciendū vero ꝙ oīs dn̄icalis veſpa cedit feſto ſubſequēti. ſi tamen celebre fuerit. excepta dn̄ica paſche ⁊ pēthecoſtes. Item om̄e feſtū celebre. in quocūqȝ ſabbato eueniens eiuſdē ſabbati veſpas obtinebit. excepto ſabbato añ aduētū dn̄i. ⁊ añ ſeptuageſimā. ⁊ ante quadrageſimā. Feſta vero nō celebria. nec ſcd̄as vſ̄ in ſabbatis. nec primas in dn̄icis recipiunt. ſed ſolā memoriā p añ; et collcā; habebūt. Solēnes tamē octaue ſicut feſta celebria in ſabbatis vſ̄ obtinebūt.
¶ Et ſi quādo duob; feſtis ꝯtinuatim ſibi ſuccedētib;. ſequēs feſtū in ſabbato euenerit. ſi priores vſ̄ nō habuerit. ſcd̄as in ſabbato obtinebit. Quādo vero duo feſta vtraqȝ cum plenis officijs in dn̄ica occurrerint. ptermiſſo minoris feſti officio. matutinalis miſſa de dn̄ica. ⁊ maior de maiori feſto celebrabitur. Minus vero feſtū in vna qualibet miſſa memoriā habebit ¶ Quādo aūt ſumme feſtiuitates in dn̄icis eueniūt. ſicut eſt ſolēnitas oīm ſctōꝝ. ⁊ dedicatio eccl'ie. et aſſumptio et natiuitas ſācte marie. et natiuitas ſācti iohānis baptiſte. que duo officia habent. officiū dn̄ice differtur. et de feſto vtraqȝ miſſa celebratur. In feſtis vero ceteris duplicib; minoribus quando in dn̄ica eueniunt. matutinalis miſſa de dn̄ica celebrabitur

¶ Quādo incipiende ſunt hiſtorie Cam xlvij

Dn̄ica prima poſt octauas pēthecoſtes. vſqȝ ad kl'as auguſti. legūtur libri regū. et cantatur hiſtoria Deus oīm. A kl'is auguſti vſqȝ ad kl'as ſeptembris. legūtur libri ſalomonis. id eſt Parabole Eccleſiaſtes Sapientia Eccleſiaſtic⁹. ſingulis ſeptimanis ſinguli. ⁊ cātatur hiſtoria In principio. ita vt ℟m Deū time. nō cātet ad vſ̄. ſed ad matutīas nono loco. et Sup ſalutē octauo. A kl'is ſeptembris vſqȝ ad kl'as octobris. legitur ⁊ cātatur de Job Thobia Eſdra Heſter. et Judith. Per duas itaqȝ ebd̄as legitur et cātatur hiſtoria beati Job. tercia vero ebd̄a eiuſdem menſis legitur ⁊ cātatur de Thobia. ſed cātatis in ſuis ferijs reſponſorijs de Thobia. ℟a de Judith et Heſter etiā in eadē ſeptimana cātant̄. Quarta autē dn̄ica eiuſdē menſis cantatur de Judith et Heſter. nec vlla erit mencio p hanc ebd̄am de hiſtoria Thobie ¶ Hoc mēſe ieiuniū quatuor tpm ſiue ſcd̄a ſiue tercia ebd̄a cū euāgelij pnūciatione et miſſarū celebratione ſicut de alijs ſupradictū eſt obſeruatur. Collcā vero ieiunij ſi

feſtum nō fuerit. ad matutinas tantū. ad horas aūt dn̄icalis dicitur. Feſto aūt nouē lcōnum occurrēte. miſſa de ieiunio in mane recolitur A kalendis octobris vſqȝ ad kalendas nouēbris. legūtur libri Machabeorū. ⁊ cātatur hiſtoria Adaperiat. Et ex tūc quinqȝ an̄e in laudibus ponūtur. id eſt Regnauit dn̄s. cū ceteris ſequētibȝ. A kalēdis nouēbris vſqȝ ad aduentū dn̄i legūtur Ezechiel Daniel. et duodecim minores ꝓphete. cū hiſtoria Uidi dn̄m. Itaqȝ prima dn̄ica ponitur ad legendū Ezechiel. cuius lcōnes. ꝑ Hec dicit dn̄s. ſicut et ſequētiū ꝓphetarū terminabūtur. Daniel tamen ſolus ꝑ Tu aūt terminatur. Scd̄a dn̄ica ponitur Daniel ꝓpheta. Tercia ⁊ q̄rta minores ꝓphete. ⁊ ceteris noctibus vſqȝ ad aduentū dn̄i legētur ¶ De om̄ibus hijs hiſtorijs obſeruandū eſt ꝙ quando kl̄e menſis. feria ſcd̄a tercia vel q̄rta iniciū fecerint ſequētis menſis hiſtoria. precedenti dn̄ica inchoatur. Quādo aūt feria quinta vel deinceps. hiſtoria precedētis menſis vſqȝ in ſequentē dn̄icā cantabitur. Qȝ ſi in quolibet menſe dn̄ice oēs ita feſtis occupate fuerint. vt hiſtorie cantāde locus non ſit. precedētis menſis dn̄icā eadē hiſtoria ſibi vendicare poterit. nō obſtante hoc ꝙ ſi eadem dn̄ica euenerit infra ſolēnes octauas. Sciendū vero ꝙ ꝓpter hiſtoriā cū incipienda fuerit. feſtū nouē lcōnū hoc tp̄e in dn̄ica occurrēs non intermittitur. ¶ Quo ordine cantētur all'a in dn̄icis poſt octauas pēthecoſtes. ⁊ de officio Dicit dn̄s Ca^m xlviij

Oc ordine cātant̄ all'a in dn̄icis vſqȝ ad aduentū dn̄i. prima dn̄ica all'a Dn̄e ds. ſcd̄a dn̄ica Deus iudex. Tercia dn̄ica Diligā te. Q̄rta dn̄ica Dn̄e in v̄tute. Quinta Bn̄dicā. Sexta Oēs gentes. Septima Eripe me. Octaua Te decet. Nona Omnis terra. Decima In te dn̄e ſperaui. Undecima Attendite. Duodecima Propicius. Terciadecima Exultate. Q̄rtadecima Dn̄e deus ſalutis. Quintadecima Dn̄e refugiū. Sextadecima Uenite exultemus. Decimaſeptima Qm̄ ds magnus. Decimaoctaua Dn̄e exaudi. Decimanona Confitemini. Uiceſima Paratū cor meū. Uiceſimaprima In exitu. Uiceſimaſcd̄a Qui timent. Uiceſimatercia De ꝓfundis. Uiceſimaq̄rta Lauda aīa. Uiceſimaquinta Qui ſanat. Uiceſimaſexta Qui poſuit. Hec vltima quatuor all'a officio Dicit dn̄s aſcribūtur. ¶ Sciendū eni ꝙ ſi quādo ꝓpter ꝓlixitatē tp̄is. dn̄ice minꝰ ſufficiūt. officiū Dicit dn̄s. quotiēs neceſſe fuerit repetatur. ita vt nulla dn̄ica vacans relinquatur. Obſeruandū tamē eſt vt ep̄la Ecce dies veniūnt. cū euāgelio Cū ſubleuaſſet. ⁊ cū collcā Excita dn̄e tuoꝝ fideliū. non niſi dn̄ica vltima ante aduentum legatur ¶ Pro breuitate aūt temꝑis aliquādo duas dn̄icas in ſingulis ferijs ꝓnunciare ſolemus.

ſimulq̃ꝫ officia earum cantare. ꝓnunciatoq̃ꝫ euāgelio. ꝓprias añs ad ſcdas vs. et matutinas cantare ꝯſueuimus. Siue inq̃ꝫ duo ſiue plura fuerint euanᵃ cū officio pñtis dñice cōplebūtur. Nō enī ꝑ ſeptimanam aliqd officiū incipimus. q̄ꝫ ꝙ in dñica cantatū eſt. niſi forte duo officia vtraq̃ꝫ cantāda ſupꝑfuerint. Sed et ſi officiū Dicit dñs. in dñica cantatū eſt. cū eodē officio que ſupꝑſunt euāgelia et eple et collcē et añe cōplebūtur. Si aūt nec dū inceptū eſt. vſq̃ꝫ ad vltimā dñicam cum euangelio Cum ſubleuaſſet reſeruandū erit

¶ De vigilia ſācti iohānis baptiſte. et ipſa die Caᵐ xlix.

J vigilia ſancti iohannis baptiſte in dñica euenerit ſabbato anticipetur. tam in ieiunio q̄ꝫ in officio huic vigilie deputato. qd etiā in ceteris vigilijs dñicis diebꝫ occurrētibus generaliter obſeruādum eſt. preterq̄ꝫ in vigilia natiuitatis dñi. Jn die vero natiuitatis eius ad matutinalē miſſā. ſola coll' ⁊ Credo dicetur. Oꝛ ſi in dñica occurrerit. ſcda coll' de dñica. tercia Propiciare dicetur. Ad maiorē quoq̃ꝫ miſſā ſola collcā. et ꝓſa Sancti baptiſte dicitur. Ubi autē pꝛonus fuerit ꝓſa Gaude caterua. Jn octauis vero et in dñica Sācti baptiſte cantari poterit. Jn ꝓceſſione in qua albis ſicuti ⁊ ad miſſā etiā vbi pꝛonus non fuerit induemur Rᵐ Jnter natos canit̃. Jn ſtatione vero Rᵐ Jnnuebant. Et ad introitū choꝛi añ Perpetuis cū collcā ſua. Graduale in miſſa Priuſq̄ꝫ. quotiēs canitur repeti debet ꝓpter finē vſus ¶ Per octauas ad miſſam ⁊ ad hoꝛas coll' Concede. illa videlicet de miſſa matutiali. Sed in dñica ꝑ octauas et in ipſa octaua. officiū et collcā ſicut pꝛima die. Quotidie vero in eccleſia que eū pꝛonū habuerit. maioꝛ miſſa ſiue etiā matutinalis ſi feſtum interuenerit. de octauis agenda ē. Ad matutinas aūt legitur de hiſtoꝛia. niſi tantū in nouē lcōnibꝫ. tunc enī ſermones legētur ¶ Jn ſcdis veſpis dñice ſi tamē de octauis cantet̃. quiq̃ꝫ añe ſcꝫ Elyzabeth cū alijs ſup ꝑ ps cātabūtur. ſicut et in octauis eius. qd etiā ꝑ oēs dñicas obſeruandū eſt. Alijs aūt diebus etiā in pꝛimis veſpis octauarū ſola añ de laudibꝫ ſup ꝑ ps ad vs ſolet cantari. exceptis pꝛimis veſpis octauaꝝ aſſumptionis. et natiuitatis btē marie. et iohannis baptiſte vbi pꝛonus habetur. Añe in euangelio de añis que in pꝛimis veſpis ſup ꝑ ps cātant̃ ponūtur. Que cū finite fuerint reincipiētur ¶ Jn pꝛimis veſpis ſctoꝝ iohānis ⁊ pauli feriales añe cū ferialibꝫ pſalmis cātabunt̃. Poſt pmā vero collcāꝫ fiet meōꝛia de ſcto iohāne baptiſta. cetera ſicut in natali plurimoꝝ mrm. exceptis añis in euanᵒ. ⁊ tribus vltimis reſpōſoꝛijs. ⁊ ꝓpꝛijs laudibꝫ. Uitāda quippe ē ad vs illa cōfuſio que de quibuſdā ſāctis vſq̃ꝫ ad caplm. et a caplo de alijs ſctis

agitur.poſtea de prioribus ſanctis añ repetitur.ſed potius ferialibus añis ſi alie nõ habẽtur cantatis.a caplo et deinceps ſctis quoꝝ dies imminet officiũ impẽdatur.poſtea de alijs ſi occurrerint memoria habeatur. ¶ De vigilia aploꝝ petri ⁊ pauli.et ipſa die Ca^m l.

N vigilia aploꝝ petri et pauli ſi dñica occurrerit fiat ſicut ſuperius dictum eſt de vigilia ſãcti iohãnis baptiſte.et maior miſſa ſit de octauis ſãcti iohãnis baptiſte.⁊ matutialis de dñica. Si feſtũ in dñica euenerit.prima miſſa niſi vbi de ſãcto iohãne baptiſta cantatur de dñica erit.in qua ſcda coll' de apl'is.tercia de ſãcto iohanne.quarta de ſancta trinitate.quinta Propiciare.Maior vero miſſa cũ ſola collcã.et all'a Judicabũt.et proſa Petre ſumme celebratur. Hac die ſiue ſequenti in pceſſione cantatur R^m Qui ſunt hij.Scde veſpe huius feſti cõmunes erũt.q2 de vtroq3 aplo cõmuniter cantabunt ¶ In cõmeõratione ſcti pauli ad matutias fiet meõria de ſcto petro.p ſpecialẽ añ3 Petre amas me.V̄ſus Tu es petrus.coll' de cathedra eiuſdem.In hac iteratione ſãcti pauli canitur ſequẽtia Clare ſctoꝝ.Cũ in dñica occurrerit euãgeliũ dñicale ad matutinas pnunciabitur.et miſſa matutinalis erit de dñica.et ſcda coll' de aplo paulo. nec alia collcã dicetur de ſãcto petro.vel ad hanc vel ad maiorẽ miſſam.q2 ſecreta et poſt cõmunio de vtroq3 eſt.⁊ ſi non prima collcã. In ſcdis veſpis añ Jurauit cũ alijs.Añ ad Magnificat Sãcte paule.deinde dicetur añ de octauis ſãcti iohãnis baptiſte.poſtea de ſcto petro añ Tu es petrus. ¶ Ubi aũt ſctũs iohãnes pronus habetur añ Johãnes eſt cũ alijs.et pſalmi feriales ſicut prima die cantãtur. poſt primã collectã añ cõmunis de apl'is.ſc3 Gl'oſi principes.cũ coll' De⁹ cuius dextera dicet̃ ¶ Per has octauas aploꝝ cãtus cõmunis aploꝝ canitur.ſc3 inuitatoriũ Uenite adorem⁹ regẽ aploꝝ.cũ ymno Aurea luce.ix añe cũ ix pſalmis ſicut de apl'is.De hiſtoria p ferias legetur.In laudib3 et veſpis ſup pŝ feriales ſola añ Hoc eſt preceptũ cãtatur. Dñica tamẽ infra octauas et in octaua die.In ſcdis veſpis Jurauit cũ alijs cãtatur. Sup magnificat et bñdictus p totã ebdã3 Gl'oſi principes cũ alijs q̃ cõmunes ſunt de apl'is.ſicut Jã nõ dicã3 Ecce ego.et relique.Collcã quoq3 De⁹ cuius dextera p totã ebdãm tam ad miſſã q̃ ad horas dicet̃ ¶ Nñ aũt p octauas de apl'is cantatur.epl'a ⁊ euãgeliũ.⁊ reliquus cantus miſſe.de cõmuni officio apoſtoloꝝ ſumitur Ad horas ſcte marie p añ Gl'oſi principes dicitur añ In patiẽtia vr̃a.et in collcã Exaudi.cõmuniter oĩm aploꝝ meõria. nõ aũt ſpecialis petri ⁊ pauli fiet.Octaua die introitus miſſe Sapiẽtiam ſanctoꝝ et cetera que illi officio aſcribuntur.

¶ De diuiſione apl'or. et feſto ſancte marie magdalene Cam li.

N diuiſione apl'orum R̷m Qui ſunt hij ad primas vs. Et in miſſa ſequētia Clare ſctōꝝ cantatur. Euāgelium Euntes in mundū ad miſſā. et ad matutinas legi ſolet. Cōmunis cātus aplorꝝ. et nonū R̷m Ite in orbē. et añ in primis veſpis Cōuocatis ihūs. In euangelio Euntes in mundū. In ſcdis veſpis añ Iurauit cū alijs. et añ Illi autē ꝑfecti ad magnificat cātatur. Sex lcōnes de expoſitione ſancti gregorij ſup euanm Miſit ihūs duodecim diſcipl'os. et dicitur coll' Deus qui nos ꝑ btōs apl'os ¶ In natali ſācte marie magdalene ſuper pſ añ ſola Maria ergo cātatur. Inuitatoriū Ploremus. cū hiſtoria que de euāgelio ſumpta eſt cātatur. ⁊ de expoſitione euāgelij ſex prime lectiones legētur. In miſſa maiori ſequētia Laus tibi xp̄e cantatur. ⁊ Credo non dicitur. Octaue vero eius ſolēnes fiunt. In quibus videlicet octauis añe et R̷a ſicut prima die cantātur. Super magnificat et bñdictus añe de paſcha dicūtur. ſcȝ Maria ſtabat Tulerunt Surgēs ihūs Venit maria. cum ceteris ſimilibȝ. ſed et euanm Maria ſtabat in octauis eius legitur. ¶ De ſācto petro ad vincula et ſācto ſtephano. et ſancto laurentio martire Cam lij.

E ſācto petro ad vincula ſex lcōnes legūtur de illo ſermone Feſtiuitas btī petri ad vincula. Ad miſſā officiū ſicut in paſſione eius. ſed All'a Tu es petrus. cū ſequētia Clare ſanctorꝝ cantatur. ¶ In inuētione ſancti ſtephani in antiphonis in euāgelio et ymnis et officio miſſe et hiſtoria cātatur ſicut in natali eius. ſed ꝓ p̄mo R̷o Heſterna die. canitur ſexto loco R̷m Patefacte ſunt. ⁊ de ſctīs ſequitur añ. cū collcā de eorꝝ inuētione. Collcā vero btī ſtephani eadē eſt q̄ de paſſione eiꝰ. ſed de inuētione recipit mencionē ¶ De ſācto romano mr̄e ad vs̄ et ad matutinas añ Dixit romanus ¶ In vigilia ſācti laurētij ad matutinas ꝓnunciabitur euāgeliū de vigilia In primis veſpis añe ſup pſ de die Btūs vir Iſte ſcūs Niſi granū Qui odit Iſte cognouit. Que ꝑ octās ſup magnificat ⁊ bñd cātant̄ et ꝑcantate reincipiūtur. In die vero eiꝰ matutīalis miſſa Probaſti nō cātatur. ſed in octaua eius reſeruat̄. Maior aūt miſſa cū ꝓſa Stolam iocūditatis celebrat̄. Duplex aūt feſtū eſt ⁊ habebit ſolēnes octauas. cum ix antiphonis ⁊ pſalmis ⁊ cetero officio ſolenniū octauarū. vſqȝ ad aſſumptionē btē marie v̄ginis. Qua ſupueniente ꝑ ſolā añȝ cū collecta in veſpis et matutinis memoria ipſius cōpleatur. ita ꝙ in octaua ipſius miſſa Probaſti ſit matutīalis. Et ſi in dn̄ica euenerit. die precedēti eadē miſſa anticipetur. ¶ De vigilia aſſumptionis ſancte marie. et ipſa die. et octauis eius. Cam liij.

N vigilia aſſumptionis btē marie euangeliū Loquēte ihū ad matutinas ꝓnūciabitur. Miſſa huiꝰ vigilie quacūqꝫ die inciderit loco maioris miſſe celebrat̄. cū collcis maiori miſſe deputatis. ſed ſine ſequentia et ꝓpria prefatione. In primis veſpis et matutis. et in matutinali miſſa meōria de ſācto laurētio fieri ſolet. Ad cōpletoriū et ad primā collcā famuloꝝ cū quotidiana. ⁊ vſu Poſt partū. vel Exaltata es ſcta dei genitrix. quotidie p̲ octauas dicitur. Et ad Nūc dimittis p̲ totas octauas aſſūptionis et natitatis marie et ī annūciatione eius aā Aue regina. Utraqꝫ miſſa de aſſumptione etiā in dñica cātabitur. In matutinali miſſa ſi dñica fuerit. ſcda collcā de dñica. tercia et vltima de ſācto laurētio. Extra dñicā vero ſcda coll' de ſcto laurētio. tercia de ſctis Propiciare dicetur. Ad ꝓceſſionē vero R̷m Felix nāqꝫ. In ſtatione R̷m Sup̲ ſalutē. Ad ītroitū aā Salue regina. vꝭ Exaltata es. cū coll' Concede miſericors deus. In maiori miſſa in qua ꝓſa A rea vga cantatur albis induemur. ¶ Per octauas huius feſti quotidie etiā in dñica infra octauas inuitatoriū In honore cantet̄. Aā ſup̲ pſ̄ Exaltata es cū alijs. In laudibꝫ et veſpis quinqꝫ aāe Aſſumpta ē. et pſalmi veſp̲tinales Dixit dñs cū alijs quotidie. Legitur aūt ad matutinas tam prima nocte q̄ ſequētibꝫ. ſermo beati iheronimi de tranſitu eiuſdē vginis. preterq̄ in dñica infra octauas. q2 tunc legitur ſermo ille Adeſt. Quotidie p̲ has octauas maior miſſa de feſto cantabitur. et ſi de dñica cātandū fuerit matutinalis miſſa inde pſoluetur. ¶ Et notandū q̄ octaue aſſumptionis btē marie ꝓ nullis feſtis eo tp̲e occurrētibus impediētur. Sed ſi infra ipſas octauas aliqua ſint feſta celebranda. vſqꝫ poſt octauas eadem differētur. Officium autē Gaudeamus p̲ has octauas. cū coll' Famuloꝝ. vel Venerāda ⁊ Credo ⁊ ꝓpria prefatione. ſed ſine ſequētia. niſi in ſabbato ⁊ dñica infra octauas p̲ totū ſicut prima die cantabitur. Ad oēs horas coll' Famulorū dicetur. ſed in dñica infra octauas ⁊ in octauis coll' Venerāda repetitur. excepto cōpletorio et prima. ¶ Suffragia vero de ſancta cruce. et de ſctis ad vſ̄ et ad matutinas oīa integro ordine pſoluimꝰ. minime numerū attēdentes. q̄uis nō nulli ſeptenariū numerū excedere nūq̄ velint. Aāe in euāgelio de canticis canticoꝝ cantabūtur. minores in ferijs. maiores in dñica ſi euenerit. Aāe aūt Beata dei genitrix. et Sancta maria. ⁊ Sancta dei genitrix. per has octauas ſiue natiuitatis eius nō cantantur. ¶ In octauis aſſumptionis ſup̲ pſ̄ in primis veſpis aāe. et inuitatoriū et aāe ſup̲ nocturnos. et aāe in euāgelio per omnia ſicut prima die recoluntur. Hac die et dominica infra octauas ſequentia Hac clara die cantatur.

¶ De ſcō auguſtino. ⁊ de decollatione ſcī iohis baptiſte Cam liiij

E ſācto auguſtino feſtū duplex fiet. ⁊ ymni ꝓprij cātantur. ad vs videlicet ⁊ ad laudes ymnus Magne pr. et in nocturno Celi ciues. Prima nocte et dñica infra octauas. ⁊ i octauis. et in tranſlatione eius. de libro ꝯfeſſionū eius. ceteris vero noctibus de hiſtoria legitur. Si ergo in dñica hoc feſtū euenerit. matutinalis miſſa de dñica cum quinqꝫ collcis celebrabitur. ſcda de ſācto auguſtino. tercia de ſācta trinitate. quarta de ſācto hermete. quinta Propiciare. Ut ſi dñica non fuerit. miſſa matutinalis de ſācto hermete celebrabitur. cum ſcda collcā de ſācto auguſtino. tercia Propiciare. In ꝓceſſione Rm Uerbū dei In ſtatione Rm Uolebat. Ad introitum aā Adeſt dies. cum vſu Ora ꝓ nobis btē auguſtine. cū collcā de die. Maior miſſa in qua albis induemur cū ſola collcā ⁊ ꝓſa Interni feſti celebrabitur. In ſcdis veſpis oīa de ipſo cōpletur. et poſt primā collectā fiet memoria de ſācto iohāne baptiſta. ibi dumtaxat vbi patronus non habetur ¶ Aāe per octauas in euāgelio eedē ſunt que in primis veſpis ſuꝑ ps cantātur. In primis veſpis octauaꝝ eius cantatur ſola aā Poſt mortem. Cetere in euāgelio ſicut prima die. ¶ Ubi ſcūs iohannes patronus habetur. in decollatione eius duplex fit ſolennitas. vnde huic feſto cedit feſtū ſcī auguſtini cū ſcda veſpa ſua. habebitqꝫ memoriā ſolā poſt primā collectā ſācti iohānis. Cantatur aūt ꝓprius cantus hac feſtiuitate. Miſſa matutialis ſi extra dominicā euenerit. de ſācta ſabina cū tribus collcis. ſcda de ſancto iohāne. tercia de ſācto auguſtino celebrabitur. Ut ſi in dñica occurrerit de dñica cū quinqꝫ collcis cātabitur. ſcda de ſācto iohāne. tercia de ſācta trinitate. qrta de ſācto auguſtino. quita de ſācta ſabina. In ꝓceſſione Rm Miſſo herodes. In ſtatione Rm O btē iohēs. Ad introitū aā Inter natos cū collcā ſua. Maior miſſa in qua albis induemur ſolam collectā et ꝓſam Saluatori iubiletur recipit.

¶ De natiuitate btē marie. et exaltatione ſcte crucis Caplm lv.

D primas vs natiuitatis ſācte marie aāe ſuꝑ ps q̄ in aſſumptione eius cū Rº Stirps yeſſe cātant. Ad completoriū eadē collecta q̄ in aſſumptione dicta ē. cū aā. et vſu Aue maria. vel Dignare me. Ad primas vs tantū dicitur collcā Supplicationē. Nā alia de die videlicet Famulis tuis. ad oēs horas preter ad cōpletoriū et ad primā dicenda eſt. Prima itaqꝫ nocte et dñica infra octauas ⁊ in octauis eius cātica canticorū legūtur. ceteris vero noctibus hiſtoria legitur. Tria vero Rª Solem iuſticie Stirps yeſſe Ad nutum. ſingulis nocturnis ſingula tam prima nocte ꝙ per octauas tercio loco

ponuntur. Si in dñica hec ſolennitas euenerit.de feſto vtraq; miſſa cãtabitur. ſed in miſſa matutinali ſcda collcã de dñica.tercia et vlti ma de ſãcto adriano.Extra dñicã vero ſcda de ſãcto adriano.tercia Propiciare. Maior vero miſſa in qua albis induemur.ſolã collcã; ⁊ pſam Alle celeſte recipit.Ad pceſſionẽ R̸m Solẽ iuſticie.In ſta= tione R̸m Stirps yeſſe.Ad introitũ Salue regina.v̸ Aue maria cũ collcã Supplicationẽ. ¶ Per octauã huius ſolẽnitatis inuitatoriũ Corde et voce. et ſuper noctnales pſalmos añe Bñdicta tu.ſicut in quotidiano curſu ſãcte marie frequẽtant̃.quotidie etiã in dñica infra octauas cãtantur.Et ſup pš veſptinales Dixit dñs.quinq; añe Nati uitas.Añe aũt in euãgelio de canticis canticoꝝ ſicut in aſſumptione eius cantantur.excepta añ Virgo prudẽtiſſima. Quotidie vero niſi feſtũ ppriũ quid habẽs ſeu dñica nondũ cantata impedierit.de octa= uis cãtabitur cũ officio de die.ſed epl̃a Egredietur.et euãgeliũ Miſ ſus eſt legi poſſunt ¶ In octauis vero eius tam ad vš q̃ ad matuti nas et ad miſſã.oĩa ſicut pma die cõplent̃.et in octauis ſiue in dñica infra octauas ſequẽtia Hac clara die cãtabit̃. ¶ In exaltatione ſcte crucis cantat̃ cãtus de inuẽtione eius.exceptis añis in primis veſpis ſup pš.et añis in euãgelio.⁊ laudibus.ſed R̸a et añe ſine finali all'a terminabũtur. Sequẽtia Laudes crucis cãtatur.et in ymnis quã q̃ p octauas btẽ marie.v̸ſum Gl'a tibi dñe quidã ſubiũgant. pprios fi nales v̸ſus nõ mutamꝰ.ſed in ymno O crux aue ſpes ſubiũgitur O redẽptoꝝ gl'a.Et notandũ q̧ i exaltatione ſcte crucis quã infra octa uas beate marie celebramus.in veſpis et matutinis canonicis.ſãcte marie nulla erit mencio.Sed ad horas eiuſdẽ btẽ marie pprias añs ⁊ R̸a.et inuitatoriũ Corde ⁊ voce de natiuitate eius dicimus.preter ſup pš ad matutinas.ibi enĩ cantantur curſim nouẽ añe quotidiane cũ ix pſalmis.et in eadẽ; die hoc eſt in exaltatione ſancte crucis duo cõpletoria.ſed alijs dieb; per octauas ſolũ cantare ſolemus. Miſſa matutinalis de ſctis ſi extra dñicã euenerit.maior de ſãcta cruce cum ſcda collecta de octauis beate marie celebrabitur.Ipſa adhuc die et meridiamur et bis reficimur. ſed deinceps vſq; ad paſcha cõtinuum ieiuniũ tenebitur.excepta prima die natiuitatis dñi.

¶ De feſto ſãcti mathei apl'i.et ſancti michaelis archangeli. et vndecim miliũ virginum Capl'm lvi.

E ſãcto matheo cãtatur de euãgeliſtis. ſed legũtur ſex lecti= ones de expoſitione ſãcti euãgelij ipſius diei. Quãdo hoc fe ſtũ in aliquã feriã quatuor tpm euenerit. pnũciatio euãgelij de ieiu nio erit.Et ſi in dñica euenerit.leget̃ euãgeliũ de feſto.⁊ euãm dñice.

differetur. Quādo vero in feria quatuor tpm euenerit. mane de ieiu nio. et poſt terciā de feſto cantandū erit. ſed prima miſſa memoriam feſti habebit ſed nō dñicalē. Maior vero nec collcā ieiunij nec dñi ce recipe ſolet. Si vero euenerit vigilia apli in aliquā feriā quatuor tpm. ꝛ euāgeliū ad matutinas de ieiunio pnūciabitur. ꝛ maior miſſa de ieiunio quatuor tpm erit. de vigilia aūt poſt primā cātabitur. So let interdū feſtū ſācti mathei euenire in ſcdaꝫ feriā. et eius vigilia in ſabbato quatuor tpm anticipari. et tunc debet pnūciari euanm de ie iunio ad matutinas. et in dñica ſequēti euāgeliū de vigilia. Euāgeliū aūt dñice vſqꝫ in qrtam feriā differtur. ¶ In feſto ſancti michaelis ad primas vš. ꝛ ad pceſſionē ſi dñica fuerit Rm Te ſanctū canitur. Ad matutinas ſermo bti gregorij de expoſitione euāgelij leget Nouē eſſe ordines. Et in matutinali miſſa tres collcē dicētur. Si hoc feſtū in dñica euenerit ſcda collcā de feſto. tercia de ſācta trinitate. quarta aliqua familiaris. quīta Propiciare. In maiori vero miſſa ſola coll' dicetur. et pſa Ad celebres cātatur. et Credo non dicetur. niſi dñica fuerit ¶ Feſtū vndecim miliū vginū duplex eſt feſtū. et habet ſolen nes octauas. Et qꝛ octaue earum incidunt in feſtū apl'oꝝ ſymonis ꝛ iude. anticipari debent in vigilia eorundē apl'oꝝ. ſed ad matutinas le getur euāgeliū de vigilia ¶ De feſto omniū ſctōꝝ. et cōme moratione omniū fideliū defunctoꝝ. et de ſancto martino Cam lvij

